Commentarii de arte dicendi

Mundo, Joseph

COLLEGIUM STAE. MARIAE VERULENSIS

COMMENTARII DE ARTE DICENDI

AD PRIOREM RHETORICES GRADUM ACCOMMODATI

AUCTORE

P. JOSEPHO MUNDÓ, S. J.

TYPIS EUGENII SUBIRANA, PONTIFICII EDITORIS
IN VIA DICTA PUERTAFERRISA, 14—BARCINONE—1916

COMMENTARII DE ARTE DICENDI

20185

COLLEGIUM STAE. MARIAE VERULENSIS

COMMENTARII DE ARTE DICENDI

AD PRIOREM RHETORICES GRADUM ACCOMMODATI

AUCTORE

P. JOSEPHO MUNDÓ, S. J.

TYPIS EUGENII SUBIRANA, PONTIFICII EDITORIS
IN VIA DICTA PUERTAFERRISA, 14 — BARCINONE — 1916

IMPRIMI POTEST

Raimundus Lloberola, S. J.
Praep. Prov. Arag.

NIHIL OBSTAT

EL CENSOR

ERNESTO GUITART, S. J.

Barcelona, 20 de septiembre de 1916

IMPRÍMASE

El Vicario General,
JUSTINO GUITART

Por mandado de Su Sría.,
LIC. SALVADOR CARRERAS, PBRO.
Scrio. Canc.

PROOEMIUM

1. Hujus libelli ratio. — Praecipit Ratio studiorum Scholasticis Societatis Jesu ut «latine loquendi consuetudinem acquirant», «Magistris autem ut a suprema saltem grammatica, latine loquantur, et ut latine discipuli loquantur exigant, praesertim in praeceptorum explicatione, in corrigendis scriptionibus latinis, in concertationibus atque etiam in colloquiis» (1). Jam vero, cum libri recentes qui artem rhetoricam tradunt, vernaculo plerumque sermone scripti sint; discipulis ac magistris incommodum praebere solent non exiguum.

Adsunt quidem nonnulli latine exarati, magnaque aestimatione digni: at hoc habent incommodi, quod, cum exteris gentibus informandis aptentur; nobis, quibus est hispane scribendum et concionandum, eos usus, qui optandi erant, non afferunt, quippe qui optimos nostros scriptores penitus ignorent.

Quare hosce commentarios typis mandandos statuimus, qui discipulos nostros, ab ipsis statim eloquentiae liminibus ad clarissimos hispanae ac latinae linguae scriptores cognoscendos ac degustandos dirigerent.

Non quidem de universa eloquentia in hoc libello, sed de iis tantum partibus verba faciemus, quae eloquutionem conformare et argumenta investigare docent, quod proprium est munus scholae humanitatis. Sed antequam universum doctrinae corpus tradere instituimus, liceat ejus fontes uberius exponere.

(1) Reg. comm. prof. class. infer. 18.

2. Ejus fontes praecipui. — E magistris qui nobis in hoc libello conscribendo praefuere, alii suis exemplis, alii et exemplis et praeceptis nostram informavere doctrinam. Exempla potissimum a classicis nostris scriptoribus repetivimus, quorum animus, magis quam recentiorum, arctum cum natura commercium habere videtur, ideoque aptiores sunt ad adulescentulorum mentes sensui aesthetico vero, non commentitio, assuefaciendos. Magistri erit discipulos a genere quodam nimis familiari prohibere, quod nonnumquam locos vel praestantissimos illorum scriptorum nostro judicio nostrisque temporibus improbabiles reddit. Nec veriti sumus longis ac crebris exemplis praecepta singula munire. Non enim omnia proponimus, ut memoriae committantur, sed ut multa exemplis doceamus quae vix solis praeceptis percipi possent. Exempla poetarum pauca admodum dabimus, non quod ea ad optimam eloquutionem comparandam non quam aptissima putemus, sed quia ad scholam Poeticae magis ea pertinere arbitramur.

Doctrinam ex antiquitatis classicis fere totam ebibimus; eorum autem praecipuas sententias in unum collectas, in appendice dabimus; quibus uti poterunt scholastici, tum ad disputandum, tum etiam ad suum de eloquentia judicium perficiendum.

Verulae, die Sti. Parentis Ignatii, 1916

PARS PRIOR

De Eloquutione

PRAENOTANDA

3. **Definitiones generales.** — Quamquam de eloquutione generatim verba facere in animo habemus, tamen quia praecipue eloquutionem oratoriam informandam suscipimus, definitiones quasdam generales de arte oratoria praemittamus.

Eloquentia est ars bene dicendi accommodate ad persuadendum. Ejus igitur *munus* est persuadere, quod assequitur docendo, delectando seu alliciendo, et movendo. *Partes* eloquentiae sunt inventio, dispositio, eloquutio et actio. Inventio est labor inquirendi et deligendi argumenta et affectus quae maxime ad persuadendum conducunt. Dispositio, labor res inventas in ordinem redigendi, quo validius auditores afficiant. Eloquutio sunt verba et loquutiones quae cogitata et animi sensus caeteris patefaciunt. Actio denique est earumdem rerum prolatio vocibus ac gestibus idoneis.

4. **Praecipuum eloquutionis elementum.** — Duo sunt eloquutionis elementa: unum quod in recto, alterum quod in obliquo definitionem constituit; in recto sunt verba et loquutiones, in obliquo sunt cogitata et animi sensus, quae per illa exprimuntur. Haec autem sunt veluti succus et animus eloquutionis e quibus tota ejus

praestantia pendet. Quocirca labor noster in his potissimum informandis et perficiendis versabitur. Ex hac interna perfectione et splendore pendet potissimum eloquutionis virtus. Verba sunt veluti vitrum pellucidum per quod sensuum et cogitatorum splendor foras erumpit. Quo magis ipsa evanescunt, eo praestantiora sunt. Num eorum electio necessaria sit oratori ad sententiam animo definiendam, disputatur. Illud certum est: qui linguam bene callet, nequit ultimum complementum sententiae tribuere, quin eo ipso verba etiam eligat quibus utatur. Optima igitur eloquutio, praeter linguae cognitionem, tria potissimum requirit: α) Ut actus cogitandi sit maxime definitus atque perfectus; β) ut ad captum et animi statum auditorum accommodetur; γ) ut animi sensus eum vigorem ac veritatem habeant, quam ipsa rerum conditio postulat.

LIBER PRIMUS

Clara rerum perceptio

CAPUT I

De apprehensione definita et clara

§ 1. DE CLARA RERUM APPREHENSIONE SIBI COMPARANDA

5. **De triplici mentis operatione.** — Orator qui persuadere docendo et delectando cupit, ea quae docet apprime calleat ipse necesse est; quod assequi non potest, nisi res omnes acriter apprehendat, recteque de illis judicet et apte ratiocinetur. Ideo videtur ab initio triplex haec mentis operatio distinguenda: apprehensio, judicium, ratiocinatio.

Apprehensio simplex, sive in se spectata, est illa mentis operatio qua rem attingimus vel cognoscimus, nihil de ea affirmantes vel negantes; *judicium* est mentis operatio qua quid de aliquo affirmamus aut negamus; *ratiocinatio* est ea mentis operatio qua e duobus aut pluribus judiciis novum aliquod judicium concludimus.

Non agemus in praesenti de apprehensione simplici, sed de iis apprehensionibus quae in omni judicio continentur. In altero capite agemus de judicio in se spectato; in tertio non de ratiocinatione, quam ad tractatum de dispositione

relinquimus, sed de coordinatione et concatenatione judiciorum.

Dicimus primum de perspicuitate apprehensionis quam debet orator sibi acquirere; deinde de vi qua debet hanc ipsam apprehensionem in animo auditoris inserere.

6. De vario gradu apprehensionis. — Apprehensio versari potest circa rem aut actionem; eo autem perfectior est, quo melius dispicit non modo earum naturam, sed etiam qualitates omnes quae illas ceteris similes aut dissimiles reddunt.

Si molem aliquam v. gr. eminus prospicimus, apprehensionem habemus sed vagam et indefinitam; si propius accedimus et arborem esse videmus, apprehensionem magis definimus; si notamus eam esse nudam aut floribus ornatam; incurvatam, tristem et incultam aut luxuriantem et laetam, solam aut apibus circumdatam: quo plura animadvertimus, eo nostram apprehensionem perfectiorem reddimus. Qui tardus est in apprehendendo, nec apes susurrantes audiet, nec arboris speciem, formam, flores, cogitabit, ac tantummodo conscius erit se vidisse arborem.

Qui pueros conspicit colludentes, forte notabit eos scandere per murum, vel illum assilire, vel scalis admotis, vel alios aliis insilientes invadere, dicetque pro opportunitate vernaculo sermone: «trepan, asaltan, escalan, se encaraman». Alium fugient hae motuum species, nihilque aliud apprehendet nisi eos «ascendere».

Si milites intueris tirocinium ponentes, videsque illos per montem descendere, forte miraberis eos decurrere, desilire, delabi, dicesque: «se precipitan, se despeñan, se deslizan, se descuelgan». Nihil ejusmodi accidet ei qui obtusa mentis acie res intuetur.

Exempla dedimus rerum et actionum quae oculis cernuntur. Quod si res a sensibus remotiores spectamus, v. gr. vanitatem, superbiam, ambitionem; constantiam, perseverantiam, pertinaciam, contumaciam;

majus etiam discrimen in apprehendendi facultate singulorum hominum esse reperies.

Varium hunc gradum apprehensionis clare commemorat S. Joannes a Cruce, cum dicit:

«Lo cual también se entenderá por esta comparación: está una imagen muy perfecta con muchos y muy subidos primores y delicados y sutiles esmaltes, y algunos tan primos, que no se pueden acabar de determinar por su delicadez y excelencia. A esta imagen el que tuviere menos clara y purificada vista, menos primores y delicadezas echará de ver en ella, y el que la tuviere algo más pura, echará de ver más primores y perfecciones en ella; y si otro la tuviere más pura, verá aún más perfecciones; y finalmente, el que más clara y pura potencia tuviere, irá viendo más primores y perfecciones; porque en la imagen hay tanto que ver, que por mucho que se alcance, queda para poderse alcanzar mucho más de ella. De la misma manera podemos decir que se han las almas con Dios en esta ilustración o transformación.» (I, 115).

7. Quam vocamus apprehensionem definitam et claram. — Apprehensio igitur, ceteris paribus, eo perfectior est, quo nitidius per eam capimus differentias omnes rerum vel actionum quas intuemur. Hae autem differentiae vel naturam rei definiunt, ita ut per eas a ceteris distinguatur; vel accidentia notant, quae, etsi ad naturam definiendam necessaria non sunt, quemdam ejus modum, et ut ita dicam, colorem (matiz) ante oculos ponunt. Apprehensionem esse definitam, est necessarium semper. Ea enim deficiente, oritur titubatio et error mentis in judicando et in disserendo, in statuendo et in agendo. Immo, etiamsi non semper debet incurrere in oculos auditorum vigor ille quo apprehensiones definimus; sed aliquando expedit hunc definiendi vigorem in bono lumine collocare, si forte in eo potissimum vis argumenti consistit. Audi exempli gratia D. R. Nocedal contra secretam francomurariorum sectam disputantem:

«Pero es evidente que, aunque la masonería sea *una* sociedad, y aunque fuese lícita, no es *la* sociedad; aunque ella *se atribuya* los derechos de la sociedad y de la autoridad pública, es evidente que no *los tiene* ni puede tenerlos. —De modo que cuando, según su lenguaje, *impone castigos* que sólo pueden imponerse en virtud de la ley, por autoridad competente y según derecho; lo que hace, Sr. Morayta, es *cometer delitos y crímenes;* cuando impone ciertas penas sobre la propiedad ajena, lo que hace no es *confiscar* ni *multar,* Sr. Morayta, sino *robar;* y cuando impone la pena de muerte, no *ajusticia,* Sr. Morayta: *¡asesina!*» (Agustí, Modelos, 430-431).

Ita cum in oratione pro Archia dicit Tullius: «Et vere, nam nisi Ilias illa exstitisset, idem tumulus, qui corpus ejus *contexerat,* nomen etiam *obruisset*» (X.); optime inter se per apprehensionem definitam distinguit duas actiones quae similes videntur. Sepulcrum contexit corpus Achillis veluti sollicitum ne omnino periret; sed nisi Ilias exstitisset, obruisset etiam Achillis memoriam, i. e. eam penitus extinxisset.

Nec definita solum, sed etiam splendens, quantum fieri potest, fulgere debet apprehensio in oratoris animo, ita ut rerum colores (matices) attingat. Nec sufficit colores quoscumque percipere, sed eos qui maxime conducunt ad finem oratoris. Hoc autem longam exercitationem requirit primum legendi optimos scriptores, in eisque hanc mirificam apprehendendi vim perpendendi; tum contemplandi naturam, sed animo vigilanti simul et sedato, ut paulatim assuescamus multum et recte videre.

Hanc mirificam apprehendendi vim miraberis sine dubio in hoc exemplo e P. Cabrera deprompto:

¿Qué cosa hay en el mundo con que él haga señas y lleve tras sí las gentes como la hermosura y beldad? Pues mira qué cosa más hermosa y linda que *una flor, cuando sale al amanecer tan hermosa y con tan lindos y finos colores, rociada con las gotas del rocío, que como aljófares o perlas sembradas hacen mayor su hermosura.* Pues quien así la vió a la mañana,

si a la tarde la visita, la hallará marchita y seca, ajada y caída. Pues en esa flor mira la hermosura del hombre, que así la miraba Job, cuando decía: *Sicut flos egreditur et conteritur, et fugit velut umbra.* Y con el mismo pensamiento el Sabio decía: *Fallax gratia et vana est pulchritudo.* Si las riquezas con que el mundo a los más de los mortales trae engañados, con el resplandor y lustre suyo te aficionan, advierte su inconstancia y poca firmeza, pues mil veces te acostaste rico y amaneciste pobre, y delante de tus ojos te las quitan, sin poderlas defender. *Stulte, hac nocte animam tuam repetent a te; quae autem parasti, cujus erunt?* Que se huyen y desvanecen como el sueño. *Dormierunt somnum suum, et nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis.* Si las honras, estados y monarquías (en cuyo seguimiento andan los hombres *desalados y despulsados)*, te mueven y arrebatan el alma, pide al cielo luz, para *ver el enjambre de odios*, envidias, temores, cuidados que padecen los corazones de los que mejores lugares ocupan en el mundo. Si el deshonesto que tan *floridas entradas* y *sabrosas salidas* cuenta del ciego laberinto donde está, contase los tributos, las intolerables cargas, malas noches y peores días que padece; muchos, si le negasen, se desengañarían, cuando no hubiera en el mundo otra cosa, sino esta fiera de la muerte, que tan suelta, libre y cruel anda, no dejando ramo verde, ni fuente clara y pura que no corte y enturbie, ni estrado rico y precioso que no huelle. Ya sabemos que nacemos para morir; pero la muerte ¿espera que *blanqueen las mieses* para segarlas? ¿Deja sazonar los frutos? No, antes parece que se esmera y se quiere estrellar en lo que más *luce delante de los ojos.* Y que como el jabalí que halla entrada en el *jardín y huerto regalado*, donde hay árboles muchos, dejando hozados los árboles más antiguos y arraigados en la tierra, se llega a una planta nueva, a un arbolito pequeño, y a aquel *con mayor furia lo corta, tala, raja, desmenuza;* así la muerte, que es aquella bestia cuarta que el profeta vió, desigual en fiereza a todas las demás que había visto, *terribilis atque mirabilis et fortis nimis...*, pues esta fiera terrible y espantosa, más que todas las que en el mundo nos siguen, entrando en él como en jardín, dejando muchas veces *los arbolazos grandes*, hombres envejecidos en días y hartos de vivir, a las

planticas tiernas y a los *arbolillos que apenas han tomado la tierra y abierto los ojos a esta luz,* siendo único y solo consuelo de sus padres, los corta y tala con suma crueldad, dejando a los padres llenos de dolor y al mundo de lástima y compasión.» (CABRERA, 282).

Cum vigor et claritas apprehensionis tanti momenti sint in dicendo, ut ex iis potissimum eloquutionis praestantia pendeat; operae pretium est rationes quasdam inquirere, quibus eas nobis virtutes comparare possimus.

Commercium assiduum et attentum cum hominibus ingenii perspicacis clareque videntibus; rerum contemplatio diligens et sedata; optimorum scriptorum investigatio sollicita, ita ut omnia quae ipsi apprehenderunt in dicendo, et nos pari virtute apprehendamus; scriptio non remisso animo elucubrata, sed vigilantissimo, ita ut omnes in scribendo vires intendamus: viae sunt rectissimae, quae nos ad finem propositum ducere possunt.

Praeterea, cum saepe rerum contemplatio nullam nobis apprehensionem suppeditet, eo quod nescit animus quo debeat attentionem convertere; juvabit non parum locos oratorios nobis familiarissimos reddere. Hi enim veluti sedes aut fontes suppeditant e quibus aptissimae possunt apprehensiones et judicia oriri.

Denique non sufficit apprehendendi vigor et claritas. Opus est etiam magna ingenii celeritate, ex qua mira in dicendo ubertas amplitudoque consequitur. Haec autem crebram et propriam et virilem exercitationem requirit.

§ 2. DE CLARA RERUM APPREHENSIONE VERBIS SINGULIS TRANSMITTENDA

8. **De proprietate verborum.** — Diximus adhuc de apprehensione definita et clara acquirenda. Nunc dicendum est quomodo eam eadem vi et claritate transferre ad alios possimus. Hoc assequimur proprietate verborum. Propria verba vocamus illa quae rei naturam ejus-

que modum quam perfectissime declarant, sive usitata sunt et peculiaria rei de qua dicuntur, sive translata. Nonnumquam non sufficiet unum verbum ad rei colorem notandum, sed erit confugiendum ad epithetum, vel ad quasdam figuras, quarum vis praecipua in verborum proprietate collustranda sita est.

9. Tropi et figurae definitiones. — Commemoravimus verba translata sive tropos et figuras. Quoniam vero in hoc libello caput de his orationis ornamentis singulare condere nolumus, sed eorum species exhibere cum se dabit occasio; genericas eorum definitiones statim subjicimus. **Tropus** est verbi e propria significatione in alienam cum virtute mutatio, qualis fit, v. gr., cum puerum innocentem agnum appello, vel cum terram aridam sitire dico. **Figura** est forma quaelibet sententiae, quae, non mutata verborum significatione, peculiarem illi vim aut venustatem addit, qualis est, v. gr., apta ejusdem verbi repetitio, contrariorum oppositio, etc.

10. Vitia proprietati opposita. — Apprehensionem ostendit parum definitam et claram usus quorumdam verborum quae vagam nimis sententiam continent, maxime si adjunctum aliquod innuunt, iis quae orator apprehendere et exprimere debebat contrarium. Alterum nunquam tolerandum est, prius potest aliquando cum virtute fieri; tum scilicet, cum sententiam aliquatenus dissimulare oportet. Ideo inepta sunt quae sequuntur:

«En Nápoles *arrastró* el pintor Ribera una existencia de príncipe, saliendo siempre en carroza.» (Pro «llevó»). «*Abandonó* a su hijo al cuidado de un solícito maestro.» (Pro «confió, encomendó»). «Comenzaron una conversación indiferente, que *degeneró* en devotísima conferencia espiritual.» (Pro «se convirtió, se elevó») (1).

(1) Quotiescumque exempla dicemus reprehensione digna, nomen auctoris reticebimus; non enim animus est noster auctores carpere, sed vitia corrigere.

Sed aptissime Tullius pro Milone:

«Cum autem... illi qui erant cum Clodio... a tergo Milonem adorirentur... fecerunt id servi Milonis (dicam enim apertius, non derivandi criminis causa, sed ut factum est), nec imperante, nec sciente, nec praesente domino, *quod suos quisque servos in tali re facere voluisset.*» (Mil. X). (Pro «occiderunt Clodium»).

Et in Tusculanis: «Erat surdaster M. Crassus, sed aliud molestius quod *male audiebat.*» (Cic., Tusc. V, 40. 116). Ambigua dicendi ratio mirum quantum venustatis conciliet huic sententiae.

11. Verba communia. — Verba eo majorem laudem in oratione merentur quo magis sunt usitata, modo callida cum aliis consociatio ea nova quodammodo reddat.

Callida vero verborum consociatio, quae illa tamquam nova splendescere facit, sponte oritur, si rerum naturam et colorem apprehendimus. Non enim verba sententiis desunt, ut monet P. Longhaye, sed sententiae verbis. Idem docuerat olim Cicero:

«Rerum enim copia verborum copiam gignit; et si est honestas in rebus ipsis, de quibus dicitur, exsistit naturalis quidam splendor in verbis.» (De Or. III, 31).

Et Horatius:

«Verbaque provisam rem non invita sequentur.» (Ep. ad Pis. 311).

Exempla valent omnia que paulo ante proposuimus. Audi quantam vim obtineant verba communia in sequenti loco P. Legionensis.

«La condición de la tierra gruesa es ser espesa, y tenaz, y maciza, y no delgada y arenisca; y ser tierra que bebe mucha agua, y que no se anega o deshace con ella, sino antes la abraza toda en sí, y se engruesa e hinche de jugo, y ansí después son conformes a aquesta grosura las mieses que produce, espesas y altas, y las cañas gruesas, las espigas grandes.» (Monte, 84).

12. **Verba metaphorica.** — *Metaphora* dicitur tropus quo verba e propria significatione in alienam transferuntur, propter nexum qui intercedit inter res similes. Fit quidem saepe ornamenti gratia, ideoque uberiorem de illa sermonem postea pertexemus; sed ideo nunc illam commemoramus, quia valet etiam maxime ad rerum naturam coloresque notandos.

«De esta confianza procedía en su ánima una paz tan grande y una tranquilidad y serenidad de conciencia, que no está tan quieto el mar cuando *duermen* todos los vientos, ni tan sereno el cielo, cuando ha desterrado todas las nubes, como lo estaba aquella ánima bendita en medio de una tan grande tempestad.» (Gran., Adic. al Mem. IV, 291).

«Cuando la mar *anda brava*, todavía tiene su espanto y admiración el que está seguro en la orilla; y cuando el padre anda *hecho un león* por casa castigando al esclavo, todavía teme el hijo inocente, aunque sabe que no es contra él aquel enojo.» (Gran., Or. 174).

«Mas la mar sobre todos los elementos *se enbravecerá*, y serán tan altas sus olas y tan furiosas, que parescerá que han de cubrir toda la tierra. A los vecinos espantará con sus crescientes, y a los distantes con sus *bramidos*, los cuales serán tales, que de muchas leguas se oirán. ¡Cuán atónitos, cuán confusos, cuán perdido el sentido, la habla y el gusto de todas las cosas! (Gran., Or. 169).

Valet etiam brevis similitudo, qualis est illa: «Anda nuestra alma seca como un *escarzo* (panal sin miel) y transida de sed.» (Fr. J. de los A. BB., XX, 14).

13. **Hypotyposis.** — Cum ita dicimus, induit oratio eam figuram quae dicitur *hypotyposis*, per quam res vel actio sic exhibetur ut auditores cernere potius ipsam sibi videantur, quam ejus mentionem audire. Hac virtute fruuntur illa verba, quae non modo rem vel actionem, sed etiam earum modum significant.

«*Volábanle* sobre la celada gran cantidad de plumas verdes, amarillas y blancas» (pro: «tenía, llevaba»). (Cerv.)

«Pallam signis auroque *rigentem*» (pro «pictam, ornatam»). «Bina lato *crispans* hastilia ferro» (pro «gestans»). (VIRG.) «¿No eran éstos los brazos y los dedos que *resplandecían* con oros y diamantes?» (pro: que «estaban adornados») (GRAN., Or. 173). «Los más de los caballeros que ahora se usan antes les *crujen* los damascos, los brocados y otras ricas telas de que se visten, que la malla con que se arman» (pro: «antes se visten de...»). (CERV.) «Finalmente cada vez que se contradice tu voluntad con la divina, siempre la tuya es vencedora y *cae* vencida la divina» (pro «es») (GRAN.) «Ast ego quae divum *incedo* regina» (pro «sum») (VIRG.) «Decem horis nocturnis sex et quinquaginta millia passuum cisiis *pervolavit*» (Pro «percucurrit.»). (CIC., Rosc. 7).

§ 2. DE CLARA RERUM APPREHENSIONE PER EPITHETUM TRANSMITTENDA

14. Epitheti definitio. — Cum verba non adsunt, quae simul rem et ejus qualitatem declarent, necessitati subvenit epithetum, seu loquutio nomini apposita, non ad rem dubiam definiendam, sed ad aliquam ejus qualitatem notandam. Plerumque quidem, ut jam dicemus, fit in adjectivo; sed non omnia adjectiva vocamus epitheta. Haec enim possunt omitti, incorrupta sententia; cetera adjectiva, quae specificativa dicuntur, omitti non possunt quin sententia pereat.

Si dicis: «Los valientes soldados romanos vencieron a los griegos», potes omittere «valientes», sine ullo sententiae detrimento. Non autem in hac oratione: «Los soldados valientes fueron premiados, los cobardes castigados.»

15. Epithetorum genera ratione formae. — Epitheta suam laudem repetere possunt vel ex forma quam prae se ferunt, vel ex qualitate quam significant.

Si formam epithetorum spectas, videbis fieri posse per solum adjectivum, vel per adjectivum cum complemento vel per substantivum appositum, vel per inte-

gram orationem; denique verbis propriis vel translatis. Hanc epithetorum varietatem ante oculos habere summopere prodest, ad variandam et exornandam eloquutionem. Sequens exemplum omnes tibi fere epithetorum formas suppeditat.

«Llano y sencillo, sin desaliño; humildísimo, sin bajeza; noble y generoso, grave y cortés, levantado sobre todo lo terreno, despreciador de todo lo caduco, con la mira puesta siempre en lo que siempre sin interrupción ni mudanza dura; gobernándose en todas las cosas grandes y pequeñas por razones altísimas; señor de todas sus pasiones, dueño hasta de los primeros movimientos de su ánimo...: tal aparecía San Ignacio a los que le trataban, por más que con vigilante estudio y singular destreza estuviese siempre atento a encubrir los dones que Dios había atesorado en su bendita alma; tal se muestra asimismo en sus cartas, a vueltas del lenguaje siempre llano y a veces menos correcto, y del estilo sencillo y desnudo de todas galas.

Vese en ellas aquel entendimiento suyo, vasto, profundo, comprensivo, bueno para la especulación y en la práctica, y para el gobierno de los hombres y negocios insigne entre los primeros que el mundo ha conocido.

Brilla el juicio recto y sólido, la penetración perspicaz de los humanos corazones y el conocimiento distinto de sus entradas y salidas, vueltas y revueltas; una prodigiosa discreción para tratar todos los estados, naturales y genios de personas; la madurez en el deliberar, el acierto en el resolver, el tino en aconsejar, la fuerza en persuadir, la eficacia en el obrar; el valor para acometer lo arduo, la perseverancia para proseguir en lo bueno, la constancia para sobrellevar lo adverso, la habilidad para evadir lo contrario; aquel ponerse en todos los puntos, hacerse cargo de todas las circunstancias, saber siempre ceder o insistir, doblegarse o tener firmeza a tiempo, usar según los casos rigor o suavidad, condescendencia o entereza. Vese centellear aquel celo activo, ardoroso, infatigable, siempre meditando empresas, batallas y triunfos para extender la mayor gloria de Dios, anhelando y procurando siempre con todas sus fuerzas la dilatación del reino de Jesucristo en la tierra, promoviendo en todas partes

la causa de su santa Iglesia, y haciendo reflorecer la piedad y santidad de costumbres dondequiera que hubiese tenido alguna quiebra la pureza del nombre cristiano.

Todo esto armonizado con una magnanimidad superior a todas las empresas y sucesos, hermoseado con aquella noble y delicada urbanidad propia de los caballeros españoles de su tiempo, iluminado con los sobrenaturales resplandores de una sabiduría celestial; debían ver en las cartas de San Ignacio aquellos hombres antiguos a quienes él escribía, menos repulidos y remilgados que los que viven y bullen ahora, pero sin comparación más cuerdos, de más limpios ojos y más sano corazón.» (J. J. DE LA TORRE).

16. Quotuplex epithetum ratione qualitatis quam significat. — Epitheta eo praestantiora sunt, quo magis sunt apta ut aliquid novum et opportunum auditoribus ostendant. Iam vero ex qualitatibus rerum:

α) Aliae sunt notissimae, utpote universo generi vel speciei communes;

β) Aliae ita sunt propriae unius rei, ut diu in ea perseverent;

γ) Aliae denique conveniunt quidem alicui rei, non vero semper, sed solum in quibusdam adjunctis.

Trium generum exempla suppeditant optimi quique dicendi magistri:

Epitheta generica: «Desaparecieron como por encanto los portillos y seturas de las mieses; y cada una de las brechas resultantes fué vomitando en la vega el ganado a borbotones, en abigarrada y pintoresca mezcla de especies, sexos, edades y tamaños; la *mansa* oveja y el *retozón* becerro; la cabra *arisca* y el *perezoso* buey; la *dócil* burra y la *gentil* novilla; la *sosegada* vaca, el *inquieto* potro de recría y el toro *rozagante.* Tras el ganado y por el lado de la Cajigona, que vuelve a ser nuestro observatorio, apareció la gente que lo había conducido, y mucha más que se le fué agregando; pero la parte juiciosa de ella no pasó de los bordes de la meseta. Los muchachos, armados de sendos palos terminados en gruesa y curva cachiporra, se lanzaron mies abajo, silbando

al vacuno, apaleando a las burras, ladrando a las ovejas y espantando a los potros con gritos y aspavientos. Pero no era necesaria tan ruidosa excitación, para que las inofensivas bestias dieran al traste con la formalidad; pues no bien sus pezuñas hollaron el *blando* suelo de la mies, toda la extensión de la vega les pareció poca para campo de su regocijo.

¡Válgame Dios, qué triscar el suyo y dar corcovos y sacudir el rabo! ¡Qué mugir los unos, y relinchar los otros, y balar aquestos, y rebuznar por allí, y bramar por el otro lado! ¡Qué embestir los chicos a los grandes, y hacerse éstos los temerosos y los débiles para chanza y pasatiempo! ¡Qué revolcarse los burros, y galopar los potros sin punto de sosiego, como si el lobo los persiguiera! ¡Qué derramarse por la cuesta abajo el compacto rebaño, y entrar en la cañada, largo, angosto y serpeante, verdadero río de lana tomando la forma de su lecho! ¡Qué gallardearse a lo mejor el becerrillo negro con humos de toro, junto a la *apuesta* novilla, y escarbar el suelo, y bajar la cabeza y mirar en rededor con fiera vista, y hacer la rosca con el rabo, sin qué ni para qué, puesto que ningún rival le disputaba el campo! ¡Qué perder el tiempo en estos alardes que no eran agradecidos, ni siquiera observados!...

A todo esto, ni pensar en pacer seria y formalmente. Se tiraba un bocado al *fresco* retoño de la hondonada, pasando de largo; y otro, más lejos, a la paulina de la heredad; y luego otro, de refilón, al verde de una regatada; y así se andaba y se probaba todo sin fijarse en nada, creyendo acaso que lo desconocido era más sabroso que lo ya probado. Faltaba el tiempo para recorrer la *blanda* y *flamante* alfombra de la vega; y el loco y desacorde vocerío y el sonar incesante de esquilas y cencerros enardecía las bestias, y túvolas sin juicio ni sosiego cerca de una hora.» (Pereda, S. T., XVIII).

Epitheta singularia: «Bastóle (a Sta. Teresa) levantar una parte del velo que encubría sus muchas dotes naturales y dejarnos admirar aquella su imaginación *vivaracha* y *bulliciosa* como los pájaros que cantan en la enramada, aquel su entendimiento *claro* y *sereno* como el azul estrellado de los cielos en noche de primavera, aquel su corazón *ingenuo* y *florido* como prado *esmaltado de rosas* que riegan arroyos cristalinos.» (P. L. Martín, Disc. de S. T.).

Epitheta accidentalia: «De esta suerte caminaba el Salvador, el cuerpo *inclinado* con el peso de la cruz, los ojos *hinchados* y como *ciegos de las lágrimas* y de la sangre, el paso *lento* por la flaqueza, las rodillas *temblando*, siguiendo a sus dos compañeros en la pena, aunque muy desemejantes en la causa, con mofa y escarnio de los judíos, con empellones y mal tratamiento de los verdugos, y con lágrimas y lamentaciones de las devotas y piadosas mujeres.» (Lap. XXVII).

17. Ejus usus.—In usu epithetorum illud vitabis, de quo reprehendit Aristoteles quemdam: «Τὰ 'Αλκιδάμαντος ψυχρὰ φαίνεται· οὐ γὰρ ἡδύσματι χρῆται, ἀλλ' ὡς ἐδέσματι τοῖς ἐπιθέτοις.» (III, 3). «Los escritos de Alquidamante parecen fríos, porque usa de los epítetos no como condimento, sino como alimento.»

Postremi generis qualitates, cum sint minime notae, majorem etiam tribuunt orationi laudem, si per epitheta deteguntur; non enim voluptatis aut pompae, sed necessitatis causa adhiberi videntur. Cetera vero, maxime illa quae integro generi conveniunt, solius delectationis causa commemorari censentur, ideoque poetae magis quam oratori conveniunt. Tamen si contentio aliqua notatur inter qualitates illas et cetera rerum adjuncta, etiam orationem solutam summopere decent. Sic accidit in sequentibus locis de captivitate Judaeorum, et de Servatore in cruce pendente.

«¿Quién vió salir de Jerusalén al pueblo de los judíos? ¿Quién vió llevar a Babilonia los pocos que habían quedado vivos y escapado de las llamas que abrasaron aquel famoso templo y soberbias torres, y suntuosas casas de aquella miserable ciudad, ejemplo del furor y saña del airado Dios del cielo? Iban atadas las manos *blandas* de las doncellas *tiernas*. *hinchadas* con los *ásperos* y *apretados* ñudos de los cordeles, *descalzos* los delicados pies, regando con la *roja* sangre el suelo y senda que guiaba a Babilonia; los *inocentes* niños, asidos a las ropas y faldas de las *desventuradas* madres, eran compelidos a seguir los *largos* pasos del *crudo* vencedor y a quedar tendidos en aquellos campos para ser comidos de las

fieras y de los perros; los viejos ancianos, reservados por algún hado *cruel*, para ver tan desastrados casos, iban atadas las *sagradas* gargantas, ahogados del dolor, dando mortales suspiros; quedaban degollados los más valientes y toda la flor y fuerza de su ejército, y los sacerdotes muertos; porque en medio de las sagradas víctimas que ofrecían a Dios en su santo templo, llegando a deshora el *bárbaro* enemigo, no respetando al cielo ni a las *venerables* canas, ni a las *consagradas* estolas con que estaban adornados, los degollaban entre los sacrificios, y salía la sangre junta a mezclarse con la de los novillos que sacrificaban por aplacar la gran majestad de Dios airado. Iban, pues, cautivos aquellos desdichados; y puesto que con el miedo que llevaban no osaban hablar palabra, porque ni aun para quejarse se les daba licencia; a lo menos los ojos, que, como tan libres, no podían ser impedidos, hacían su oficio derramando lágrimas, y regando con ellas los caminos y campos por donde pasaban. Dice la Escritura sagrada que iban y lloraban, y sembraban su semilla. Y llama semilla a las lágrimas; de suerte que iban sembrando lágrimas, que verlos quebraba el corazón. Eran la semilla del infinito gozo que habían de coger del cautiverio: *Venientes autem venient cum exultatione*, dice el salmo. Es verdad que iban llorando y sembrando lágrimas, pero volverán con gozo y regocijo, trayendo los manojos que habrán salido de las lágrimas que sembraron.» (Malón de Ch., Magd. 359).

«Alza los ojos a aquel sancto madero, y mira todas las heridas y dolores que padesce allí el Señor de la majestad, porque cada una dellas es un beneficio por sí, y grandísimo beneficio. Mira aquel *inocentísimo* cuerpo todo sangriento, sembrado de tantas llagas y cardenales, y reventada la sangre por tantas partes. Mira aquella sancta cabeza caída de flaqueza y derribada sobre los hombros, y aquella divina cara en que desean mirar los ángeles, cómo está desemejada y arroyada con los hilos de sangre, a unas partes reciente y colorada, a otras fea y denegrida. Mira aquel *más hermoso* rostro de todos los criados, y aquella cara que era común deleite de los ojos que la miraban, cómo ha perdido ya toda la flor de su belleza. Mira aquel sancto Nazareno *más albo que la nieve, más blanco que la leche, más colorado*

que el marfil antiguo, cómo está más escurescido que los carbones, y tan desemejado y afeado, que apenas podrá ser de los suyos conoscido. Mira aquella sagrada boca amarilla y mortecina, y aquellos labios cárdenos y denegridos, cómo se mueven a pedir perdón y misericordia para sus mismos atormentadores.

Finalmente, por doquiera que lo mirares, hallarás que no hay en Él una sola parte libre de dolor, sino que todo Él de pies a cabeza está cubierto de heridas. Aquella frente *clara* y aquellos ojos *más hermosos que el sol,* están ya mortales y ciegos con la presencia de la muerte. Aquellos oídos que oyen los cantares del cielo, oyen blasfemias de pecadores. Aquellos brazos *tan bien formados* y *tan largos* que abrazan todo el poder del mundo, están descoyuntados y tendidos en el madero. Aquellas manos que criaron los cielos y no hicieron mal a nadie, están clavadas y desgarradas con duros clavos. Aquellos sagrados pies que nunca anduvieron por el camino de los pecadores, están mortalmente heridos y traspasados. Y sobre todo esto, mira aquella cama donde yace y donde duerme aquel Esposo celestial al medio día, cuán estrecha es, y cuán dura, y cómo no tiene allí sobre qué reclinar la cabeza. Oh cabeza *de oro,* ¿cómo te veo por mi amor tan fatigada? Oh cuerpo sancto, del Espíritu Sancto concebido, ¿cómo te veo por mi amor tan herido y maltratado? Oh *dulce y amoroso* pecho, ¿qué quiere decir esa llaga, esa tan grande abertura? ¿Qué quiere decir tanta sangre? ¡Ay de mí, cómo te veo por mi amor fuertemente alanceado!» (Gran., Or. 220, 221).

§ 4. FIGURAE QUAE APPREHENSIONEM MAGIS CLARAM AC DEFINITAM COMMUNICANT

18. **Paradiastole.** — Saepe non sufficit unum verbum ad exprimendam rem et ejus colorem; sed confugiendum est ad quasdam figuras, quarum tota vis stat in rerum natura et colore acrius exhibendo. Paradiastole est figura qua verba synonyma inter se conferimus notantes eorum discrimina, ut id quod maxime rei declarandae proprium videtur eligamus.

Qualia sunt illa: «Neque enim conamur docere eum *dicere*, qui *loqui* nesciat.» (Cic., De Or. III, 10); «*Curam* ego verborum, rerum volo esse *sollicitudinem*.» (Quint., VIII, Pro. 4).

«Non id solum quaeritur ut, isto damnato, bona restituantur iis, quibus erepta sunt; sed et religiones deorum immortalium expiandae, et civium romanorum cruciatus multorumque innocentium sanguis istius supplicio luendus est. Non enim *furem*, sed *ereptorem*; non *adulterum*, sed *expugnatorem pudicitiae*; non *sacrilegum*, sed *hostem sacrorum religionumque*; non *sicarium*, sed crudelissimum *carnificem* civium sociorumque in vestrum judicium adduximus.» (Cic., II, Verr. I, 3).

Paronomasia et diaphora.—Paradiastolae affines sunt *paronomasia* et *diaphora*, quae fiunt, cum inter se conferuntur voces non significatione sed sono similes aut aequales.

Hae duae figurae maxime conveniunt sermoni familiari, nec laudem ullam adipiscuntur, nisi cum sponte profluxisse videntur.

«Verdaderamente si tuviéramos no *antojos*, sino *ojos*, ántes habíamos de dar gracias a Dios, por habernos puesto en estado bajo y humilde.» (Rodr., 1, 8, 15).

«*Ducados* compran *Ducados*,
Escudos pintan *Escudos*,
Y tahures muy desnudos
Con dados hacen *Condados*;
Cruzados hacen *Cruzados*
Y *coronas* majestad... (Góngora).

19. **Correctio verbalis** est figura quae fit cum orator verbum a se prolatum retrahit, ut aliud subjiciat in quo melius eniteat rei vel actionis color. Non fit errore sed consulto, quo magis rerum color splendescat.

«Postremo isto hortatore, auctore, intercessore ad Sullam legati non adierunt; istius *fide* ac potius *perfidia* decepti...,

pro re certa spem falsam domum retulerunt.» (Cic., Rosc. 38).

«Madruga el Buen Pastor, durmiendo nosotros descuidados del peligro que nos amenaza. *Madruga...*, digo, *antes que amanezca se levanta*, o por decir verdad, *no duerme ni reposa*, sino asido siempre a la aldaba de nuestro corazón, de continuo y a todas horas le hiere y le dice, como en los cantares se escribe: Ábreme, hermana mía, esposa mía, ábreme; que la cabeza traigo llena de rocío, y las guedejas de mis cabellos llenos de las gotas de la noche.» (León, Past. 109).

«¡Gran *donaire*, o por mejor decir, *ceguedad lastimera* es, creer que los encarecimientos y amores de Dios habían de parar en armas y en banderas, y en el estruendo de los atambores, y en castillos cercados, y en muros batidos por tierra, y en el cuchillo y en la sangre, y en el asalto y cautiverio de mil inocentes. Y creer, que el brazo de Dios extendido y cercado de fortaleza invencible que Dios promete en sus letras, y de quien Él tanto en ellas se precia, era un descendiente de David, capitán esforzado, que rodeado de hierro, y esgrimiendo la espada, y llevando consigo innumerables soldados, había de meter a cuchillo las gentes, y desplegar por todas las tierras sus victoriosas banderas!» (León, B. de D. 140).

20. **Hyperbaton.** — Vocatur illa figura per quam ordinem verborum immutamus, ut eorum vim aut pulchritudinem aut perspicuitatem augeamus.

Vis magna inest in multis sententiis in quibus verba praecipua principem locum obtinent.

«*Ad mortem* te, Catilina, duci jussu consulis jampridem oportebat.» (Cic., Cat. I, 1).

«¡O maravillosa humildad y paciencia del Hijo de Dios! ¡O hermosura de los ángeles! *¿Rostro era éste* para escupir en él? *Al rincón más despreciado* suelen volver los hombres la cara, cuando quieren escupir. ¿Y en todo este palacio no se halló otro lugar más despreciado que tu rostro, para escupir en él?» (Gran., Or. II, 46).

«*Copa de oro y ponzoña* de dentro es el falso deleite, con el cual son embriagados los hombres, que no miran sino a la apariencia de fuera.» (Bto. Avila, I, 43). «*Vanidad* es, hom-

bres, toda criatura, y por esto no puede dar entero contentamiento. *Y ley* es que no puede faltar que dondequiera que la carne busca hartura, allí ha de hallar mucha mengua y falta.» (Bto. Avila, VI, 311).

«*Gozar con Dios* no hay quien no lo quiera; mas *trabajar por El*, esto es señal de amor verdadero.» (Bto. Avila, VI, 331).

In aliis desideratur perspicuitas propter ordinis perturbationem.

«Cuando, *asociado al trono por su padre*, mira Eugenio lograda en Recesvinto la esperanza de la nobleza y del sacerdocio.» (Pro: «Cuando, asociado Recesvinto al trono de su padre, mira Eugenio lograda...»)

«Era *la espingarda* del gaznápiro, un escopetón más viejo y remendado que el de Chisco, que había hecho una de las suyas.» (Pro: «Era el gaznápiro, que había... con su espingarda, un escopetón...»)

«*No solamente* el que quiere honrar a su patria ha de procurar sus adelantos materiales, sino principalmente el florecimiento de la paz y de la justicia.» (Pro: «El que quiere... ha de procurar no solamente sus adelantos... sino...»)

«Boabdil, llamado el Rey Chiquito, *por no tener autoridad ninguna*, se estuvo dentro de la Alhambra.» (Pro: «Se estuvo... por no...»)

«Lo que está debajo de Dios *solamente* es la gracia.» (Pro: «Lo que está debajo de solo Dios...»)

21. Gradatio verborum. — Mirifice nitescit verborum proprietas, cum voces synonymae ita coacervantur, ut eorum vis gradatim ascendat.

«De aquí les nacerá aquel gusano remordedor de la conciencia, con que tantas veces amenaza la Escritura divina, el cual noche y día siempre *morderá* y *roerá*, y *se apacentará* en las entrañas de los malaventurados.» (Gran., Or. 188).

«Porque, ¿qué vida puede ser la de aquel, en quien sus apetitos y pasiones, no guardando ley ni buena orden alguna, se mueven conforme a su antojo? La de aquel que por momentos se muda con aficiones contrarias? y no sólo se

muda, sino muchas veces apetece y desea juntamente, lo que en ninguna manera se compadece estar junto? ya alegre, ya triste, ya confiado, ya temeroso, ya vil, ya soberbio. O qué vida será la de aquel en cuyo ánimo hace presa todo aquello que se le pone delante? del que todo lo que se le ofrece al sentido desea? del que se trabaja por alcanzarlo todo? y del que revienta con rabia y coraje, porque no lo alcanza? del que lo que alcanza hoy, lo aborrece mañana, sin tener perseverancia en ninguna cosa más de en ser inconstante? Qué bien puede ser bien entre tanta desigualdad? O cómo será posible que un gusto tan turbado halle sabor en ninguna prosperidad ni deleite?» (León, P. de la p. 207).

«Porque si es dolor pasar uno pobreza y desnudez y mucho desvelamiento y cuidado, ¿qué será cuando por quien se pasa no lo agradece? ¿qué cuando no lo conoce? ¿qué cuando lo desconoce, lo desagradece, lo maltrata y persigue?» (León, Rey, 169).

CAPUT II

Perspicuitas in judiciis singulis

22. **Judiciorum necessitas et virtutes.** — Diximus adhuc de apprehensione, quae tamen sola vel simplex fere numquam exprimitur. Plerumque judicium proferimus per orationem vel sententiam. Immo, etiam loci quidam qui reperiuntur in descriptionibus sine ullo verbo, vel sunt exclamationes, vel judicium continent implicitum.

«Alto, enjuto, largo de brazos, afilados los dedos, pequeña la cabeza, el pelo escaso y rubio, los ojos azules y sombreados por largas cejas, nariz puntiaguda, labios delgados y pálidos, y sobre el superior un bigote cerdoso entrecano y sin guías, por estar escrupulosamente recortado encima de aquel contorno de la boca. Tal era en lo físico D. Juan de Prezanes. Pulquérrimo en el vestir, jamás se hallaba una

mancha en su traje siempre negro y fino: escotado el chaleco, blanquísima y tersa la pechera de la camisa, de cuello derecho y cerrado bajo la barbilla, y de largos faldones la desceñida levita; traje que se ponía al levantarse de la cama, y no se quitaba hasta el momento de acostarse.» (Pereda, S. T. V).

Virtutes quibus judicium florescere debet sunt: nitor, veritas et pondus.

23. Judiciorum nitor. Anacoluthon. — Nitor provenit maxime ex perspicuitate apprehensionum. Quare hic solum notabimus quaedam vitia sermonis quae judicia reddere solent obscura: anacoluthon et incisa parum opportuna.

Anacoluthon (ab ἀ-ν-ἀκολουθέω), est vitium quo laborant judicia, cum prius quam ad finem, ut par erat, perveniunt, in alia commutantur. Hoc solet accidere ex animi quadam infirmitate, qui facile nimis sibi diffidit aut consilium deserit.

«*Bernardo*, al oir esto, le vino una dificultad.» (Pro: «Tuvo una...»)

«Empezaron a hacer disparos, que afortunadamente no hirieron al Sr. Fernández, pero *que* por desgracia, *uno de los proyectiles* alcanzó al cajista José Alonso.» (Pro:.. «con uno de los... alcanzaron...»). «*Los impíos* esgrimiendo las armas de la mentira, y *los cristianos* luchando por la verdad; *los impíos* siendo coreados por la chusma salvaje y *los cristianos* perseguidos de muerte; *los cristianos* salieron victoriosos.» «El partido que ha traído la paz a España y *que su tolerancia* nos ha restituído la tranquilidad.» «Aun los mismos paganos llegaron a comprender que *el entregarse* uno a rienda suelta a los placeres, *le siguen* necesariamente toda la turba de los vicios.» «Entre los muchos adornos que embellecen su estilo, podemos citar algunos *cuya elegancia deben* a la novedad.»

Aliquando tamen potest anacoluthon laudem mereri, si abruptio illa sententiae venuste fit per quamdam reticentiam aut ellipsim.

«Animum vincere, iracundiam cohibere, victoriae temperare, adversarium nobilitate, ingenio, virtute praestantem non modo extollere jacentem, sed etiam amplificare ejus pristinam dignitatem (supple «hae sunt praestantissimae virtutes»); haec qui facit, non ego eum cum summis viris comparo, sed simillimum deo judico.» (Cic., Marc. 3).

Ita poteris defendere quasdam P. Lapalma propositiones, ut illam: «Porque los discípulos (supple «mal podían consolar a Jesús»), así como no entendían este misterio, así tenía el Salvador poco alivio en tratarlo con ellos.» (Hist. Pass., c. V).

24. **Incisa parum opportuna.** — In perspicuitatem peccabimus, si judicio principi incisa aut parentheses intexemus quae novam propositionem efficere debebant. Haec tamen sententiae principis abruptio miram prae se ferre potest venustatem, ut in illo Ciceronis:

«Quoties ego hunc Archiam vidi, judices *(utar enim vestra benignitate, quoniam me in hoc novo genere dicendi tam diligenter attenditis)*, quoties ego hunc vidi, cum litteram scripsisset nullam, magnum numerum optimorum versuum de his ipsis rebus quae tum agerentur, dicere ex tempore!» (Arch., VIII).

«Mesías fué, *si ser Mesías es esto,* César el dictador, y el grande Pompeyo; y Alejandro en esa manera fué más que todos Mesías.» (León, Br. de D. 141).

«Y sin pensarlo, *que es como se hacen las grandes hazañas*, dejóse caer en el corral con tremendo salto.» (Coloma, Jerom. 1, 5).

Lepidus est etiam locus ille in quo Cervantes rusticorum sermonem imitatur.

«Discretos días, dijo Sancho, viva vuestra santidad, por el buen crédito que de mí tiene, aunque en mí no le haya; y el cuento que quiero decir es éste: convidó un hidalgo de mi pueblo, muy rico y principal, porque venía de los Alamos de Medina del Campo, que casó con doña Mencía de Quiñones, que fué hija de Don Alonso de Marañón, caballero del hábito de Santiago, que se ahogó en la Herradura, por quien hubo-

aquella pendencia años ha en nuestro lugar, que, a lo que entiendo, mi señor don Quijote se halló también en ella, de donde salió herido Tomasillo el Travieso, el hijo de Balbastro el herrero... ¿No es verdad todo esto, señor nuestro amo? Dígalo por su vida, porque estos señores no me tengan por un hablador mentiroso.» (Cerv., Quijote, II, 19).

25. Judiciorum veritas. Paradoxum.—Altera judiciorum virtus est veritas. Quae quidem etsi satis se ipsam commendare videtur, mirum tamen quantopere commendatione indigeat; non quidem in sententiis praecipuis, nam turpe esset nimis in iis etiam a veritate discedere; sed in illis quae rei enucleandae causa adhibentur, quaeque propriae sunt eloquutionis. Dici non potest quantam vim habeat oratio, cum orator hanc veritatem in omnibus persequitur. Nec tamen ei opponuntur quaedam quae inferius dicentur de sensu aesthetico.

Est autem quaedam figura, paradoxum, quae specie a veritate discedit, quam si ad verbum intelligere volumus, ut saepe fit, re quidem vera nos in errorem adducet. *Paradoxum* est figura quae fit cum per quamdam hyperbolem, vel per variam verborum suppositionem sententiam nostram verbis exprimimus quae inter se pugnare videntur, ut cum dicit Tullius: «Amici absentes adsunt, egentes abundant, imbecilles valent, et, quod difficilius dictu est, mortui vivunt.» (Cic., Amic. VII).

«¿Qué haréis, Señor, que no hay cuerda que lleve a Vos gente tan desagradecida? El yugo rompen, de Vos se olvidan días sin cuento.» (Bto. Avila, IV, 353).

«¿Has entrado por ventura en los tesoros de la nieve?» (Ib., V, 289).

«¿Cómo te parece hermosa la faz, que de haberla afeado con muchos pecados, los cuales hicimos mirándolos tú, habemos ahora vergüenza de alzarla a ti?» (Ib., A. F. c. 85).

«¿Con qué honra, con qué pompa y aparato..., con qué arcos triunfales..., con qué joyas y preseas recibes a tu rey que baja victorioso del madero de la cruz?» (P. Lapalma, c. 48).

«Lo que principalmente suele ennoblecer las ciudades es la condición de los ciudadanos, si son nobles, si son muchos y concordes entre sí.» (Gran., Or.). «Y diez veces cien mil millares asistían delante dél.» (Ib.). «Y con palmas triunfales en las manos, cantando a Dios cantares de alabanza.» (Ib.) «Recogida de todo linaje de gentes y pueblos y lenguas.» (Ib.).

Hanc diligentiam in seligendis vocibus et numeris commendat P. Legionensis, cum dicit:

«Piensan que hablar romance es hablar como se habla en el vulgo, y no conocen que el bien hablar no es común, sino negocio de particular juicio, así en lo que se dice, como en la manera como se dice. Y negocio que de las palabras que todos hablan, elige las que convienen, y mira el sonido de ellas, y aun cuenta a veces las letras, y las pesa, y las mide, y las compone, para que no solamente digan con claridad lo que se pretende decir, sino también con harmonía y dulzura.» (León, N. de C. III Introd. 276).

100. Decorum est unus e praecipuis fontibus vel saltem conditionibus delectationis aestheticae. Vocatur graece πρέπον, hispane «discreción, oportunidad, buen

gusto». Valet autem prorsus in omnibus eloquentiae partibus: in eligenda materie, quaestione, propositione; in tractandis argumentis, in ciendis affectibus, in hortando, in reprehendendo, in omnibus. Nunc autem decorum spectare juvat quod in eloquutione splendescere debet. Apparet praecipue in moderatione qua ornamentis utimur. Qui delectationem aestheticam gignere volunt, cum eam ipsi non facile percipiant, solent ejus causas perquirere, cumulare et inflare, magnamque animi sensuum ostentationem facere, ut et aliis et sibimetipsis persuadeant, se suavissima illa sentiendi facultate praeditos esse. Sed ipse conatus ostendit sensus illos non e pulchra oratoris scriptorisve natura, sed ex artificio prodiisse.

Aurei scriptores omnium aetatum et omnium gentium veram delectationem aestheticam percipiebant semper et facile in omnibus. Ita ut nullus in eorum scriptis locus sit qui non aliqua ratione hunc animi sensum manifestet. Multa ex hac facilitate commoda gignuntur: primum, quod qui ea praeditus est non facile aberrat a fine orationis, a vi argumentorum, a sensibus animi magis necessariis, ut sensui aesthetico immoderate atque inopportune indulgeat; secundum, quod cum ea delectatio ex tam variis rebus oriatur, magnam ipsa varietatem induit; tum, quod animus scriptoris qui hac facilitate pollet speciem quoque sui praestantissimam praebet, cujus agnitione animi legentium summopere recreantur; denique quod paulatim assuefacit auditores recte intimeque sentire ac degustare veram rerum pulchritudinem. Quae quidem omnia mirifice declarant Quintilianus et Tullius plurimis locis librorum suorum.

«Vitium est ubique quod nimium est», ait Quintilianus; et «Totidem generibus corrumpitur oratio quot ornatur». Cicero majori etiam vi docuerat: «Omnibus in rebus voluptatibus maximis fastidium finitimum est»; «Genus dicendi est eligendum quod... non solum dele-

ctet, sed etiam sine satietate delectet»; «Ea quae leviter sensum voluptate movent, facillime fugiunt satietatem.»

Quantum valeat decorum etiam ad augendam in auditoribus delectationem aestheticam, disces ex modestissima laudatione quam in sequenti exemplo impertitur legenti P. Legionensis.

«*Fué como navío de mercader, que de lueñe trae su pan. Pan* llama la Sda. Escritura a todo aquello que pertenece y ayuda a la provisión de nuestra vida. Pues compara a esta su casada Salomón a un navío de mercader bastecido y rico. En lo cual hermosa y eficazmente da a entender la obra y el provecho de esto que tratamos, y llamamos casero y hacendoso en la mujer. La nao, lo uno corre la mar por diversas partes, pasa muchos senos, toca en diferentes tierras y provincias, y en cada una de ellas coge lo que en ellas hay bueno y barato, y con sólo tomarlo en sí, y pasarlo a su tierra, le da mayor precio, y dobla y tresdobla la ganancia. Demás de esto la riqueza que cabe en una nao, y la mercadería que abarca, no es riqueza que basta a un hombre solo, o a un género de gente particular, sino es provisión entera para una ciudad, y para todas las diferencias de gentes que hay en ella: trae lienzos, y sedas, y brocados, y piedras preciosas, y obras de oficiales hermosas, y de todo género de bastimentos, y de todo gran copia. Pues esto mismo acontece a la mujer casera, que como la nave corre por diversas tierras buscando ganancia, ansí ella ha de rodear de su casa todos los rincones, y recoger todo lo que pareciese estar perdido en ellos, y convertirlo en utilidad y provecho, y tentar la diligencia de su industria, y como hacer prueba de ella, ansí en lo menudo como en lo granado. Y como el que navega a las Indias, de las agujas que lleva, y de los alfileres, y de otras cosas de aqueste jaez, que acá valen poco, y los indios las estiman en mucho, trae rico oro y piedras preciosas; ansí esta nave, que vamos pintando, ha de convertir en riqueza lo que pareciere más desechado, y convertirlo, sin parecer que hace algo en ello, sino con tomarlo en la mano, y tocarlo; como hace la nave que sin parecer que se menea nunca descansa, y cuando los otros duermen, navega ella, y acrecienta con sólo mudar el aire, el valor de lo que recibe. Y ansí la hacendosa

mujer, estando asentada no pára, durmiendo vela, y ociosa trabaja, y cuasi sin sentir cómo, o de qué manera, se hace rica. *Visto habrá Vmd. alguna mujer como ésta, y dentro de su casa debe haber no pequeño ejemplo de esta virtud. Pero si no quiere acordarse de sí,* y quiere ver con cuánta propiedad, y verdad es nao la casera, ponga delante los ojos una mujer, que rodea su casa, y de lo que en ella parece perdido, hace dinero, y compra lana, y lino, y junta con sus criadas, lo adereza, y lo labra; y verá que estándose sentada con sus mujeres, volteando el huso en las manos, y contando consejas, como la nave, que sin parecer que se muda, va navegando; y pasando un día, y sucediendo otro, y viniendo las noches, y amaneciendo las mañanas, y corriendo, como sin menearse, la obra; se teje la tela, y se labra el paño, y se acaban las ricas labores; y cuando menos pensamos, llenas las velas de prosperidad, entra esta nave en el puerto, y comienza a desplegar sus riquezas; y sale de allí el abrigo para los criados, y el vestido para los hijos, y las galas suyas, y los arreos para su marido, y las camas ricamente labradas, y los atavíos para las paredes y salas, y los labrados hermosos, y el abastecimiento de todas las alhajas de casa, que es un tesoro sin suelo.» (León, P. c. 451).

CAPUT IV

Rationes quaedam ad optimam eloquutionem sibi comparandam

101. **Prudens praeceptorum applicatio.** — Restat ut ea quae in omnibus his commentariis docuimus summatim proponamus; et simul rationem innuamus quam in exercendis praeceptis teneamus oportet. Curabis primum, etiam cum exercitationis gratia scribes aut dices, ut nova sint ea quae dicas. Non semper habebis fortasse in promptu nova cogitata aut facta ignota quae narres. Satage quidem magna sollicitudine ut ea paulatim tibi compares; sed interea non illa magnopere desiderabis,

si feceris ut ea quae dicturus es tibi clara sint et vero sensu te afficiant. Sensus animi, si veri sunt, semper novi sunt. Inest enim in ipsis saltem elementum quoddam aestheticum, quod spectantes mirifice allicit.

Tum niteris diligentissime ut pure, clare et ordinate dicas quod intelligis et sentis; ita ut nulla sint incompta aut inconcinna in quibus auditores offendant. Quem ad finem ne pigeat scripta iterum atque iterum castigare. Nam si «stilus, sive calamus, est optimus dicendi effector et magister», Tullio teste; certe numquam praestantior quam cum inutilia resecat, obscura retractat, absona ad numeros revocat.

Ornatus sponte fluet ex veritate sensuum, maxime vero ex consuetudine sensus aesthetici excolendi. Illud videtur speciatim et enixe commendandum, ut σωφροσύνῃ consulamus. Quamquam enim multa ornamentorum exempla recensuimus, quae et longitudine et splendore quodam insolito percellebant animum; tamen generatim praestat ea quae exornandi gratia dicuntur breviora esse, sed maxime varia et frequentissima. Quae ornamentorum brevitas, varietas et frequentia ex eo repetit suam laudem suamque difficultatem quod fugit omnino artificium; nam fieri nequit nisi ab animo vigilanti et intento. Frigidum enim artificium potest unum alterumve locum splendide exornare; totam autem eloquutionem aequali modo veluti flosculis conspersam, natura sola acris et exculta gignere potest. Non tamen dedecet, immo pro rerum adjunctis necesse est, quosdam locos esse in oratione maxime conspicuos in quibus per splendidiora lumina ardentiores etiam sensus patefaciamus.

102. Lectio classicorum assidua. — Videndum quoque est quid et quomodo legamus, et quem fructum in scriptis quae volvimus colligere cupiamus. Classici scriptores dabunt tibi perspicuitatem et ordinem cogitatorum, sensuum temperantiam ac veritatem, ornamentorum varietatem et parsimoniam. Eos imitare diligentis-

sime, donec animum assuefeceris eam rebus omnibus praestare attentionem quam illi praestant. Recentiores grandiora dabunt, non autem adeo curare solent ut etiam in parvis magni reperiantur.

103. Quotidiana scribendi exercitatio. — Scribendi exercitatio duplex est: altera ad nostras facultates corrigendas et informandas, altera ad agendi vim et veritatem in eis augendam. Facultates corrigimus et informamus, cum optimorum magistrorum scripta imitari, vel, semel lecta, calamo pro viribus referre, vel in nostram linguam convertere conamur. Agendi vim et veritatem in nobis augemus cum proprio marte scribimus. Commendat P. Verest ut hoc quotidie faciamus. Non autem cum festinatione et sine consilio, sed animi facultates apto et conscio modo intendentes, ita ut aliquem animi sensum quam verissime possimus depromamus.

Illud addiderim: fove in animo sensum christianum et aestheticum, modesta quadam hilaritate conditum; quem possis, nihil deficiens a veritate, quotidie in scripta referre. Ita fortasse acquires modum illum dicendi gravem, laetum, amoenum, quo utebantur sancti nostri scriptores, erisque aptior ut inflammato etiam animo irruas in adversarios, si quando necessitas postulabit.

104. Dicendum e memoria et ex promptu.—Varios optimosque locos clarorum scriptorum colligere, mandare memoriae elataque voce dicere utilissimum est ad bene dicendum. Siquidem postea in animo haerent veluti exemplaria quibuscum facile cogitata nostra conformamus.

Minus quidem incommodi, utilitatem non minorem gignere solet synopsim brevem conficere loci alicujus accuratissimi, statimque ipsum illum locum elata voce ex promptu pronuntiare, accedendo totis viribus ad aestum, suavitatem, splendorem auctoris.

PARS ALTERA

De inventione oratoria

CAPUT I

Constituenda ante argumentorum inventionem

105. Materies. Quid sit et quomodo statuatur. — Ante argumentorum inventionem constituenda sunt materies, quaestio, finis, status et propositio.

Materies est id in quo versatur oratio, v. gr.: «Passio Christi, institutio puerorum, studium litterarum». In multis dicendi generibus statuitur prorsus ab adjunctis, ut in judiciis et in orationibus deliberativis. In orationibus autem academicis et sacris pendet saepissime ex electione oratoris. Quod si materiem sumpseris quae tuum vel auditorum superet captum vel quae non respondeat adjunctis; tuam prudentiae inopiam patefacies.

Si Triumphum Sanctae Crucis v. gr. extollere debes, potes materiem sumere Passionem Christi vel Ecclesiae labores vel uniuscujusque christiani cum daemone contentiones. Si conciones de Beata Virgine vis texere, ages fortasse de Intemeratae Virginis puritate et praestantia vel de ejus amore in hispanos vel in juvenes, aliisque similibus.

106. Quaestio est id quod de proposita materia in disceptationem vocatur.

Ita si materiem sumpseris Passionem Christi, pot-

eris in ea inquirere, oportueritne Christum pati, quantam nobis fiduciam Christi Passio debeat afferre, ut in Ecclesia perduret, ut eam debeamus imitari, etc....

107. Quotuplex quaestio. — Quaestio est finita vel infinita prout oratio tendit, aut non, in rem, aut tempus, aut personas definitas *(concretas)*.

Quaestionem finitam habuit Flavianus cum Theodosio ostendit ignoscendum esse Antiochenis; infinitam cum generatim ostendimus parcendum esse inimicis.

108. Quaestionis finitae genera tria assignantur: judiciale, deliberativum et demonstrativum. In genere *judiciali* quaestio est de jure aut injuria, finis autem est reddere alicui quod jure poscit. Dicitur *de re*, vel *de jure* vel *de nomine* prout disputat factane sit actio jure an injuria, et quibus adjunctis attenuetur vel augeatur ejus gravitas.

In genere *deliberativo* quaestio est de opportunitate rei faciendae vel omittendae, diciturque *suasio* vel *dissuasio*. Ejus finis est ad rem utilem vel necessariam movere.

In genere *demonstrativo* quaestio est sitne res laude an vituperio digna; finis, admirationem et amorem aut contrarios in auditoribus excitare.

109. Quaestionis infinitae usus.— Quaestio infinita usurpatur aliquando in tota oratione, ut in disputatione academica aut morali; saepius vero est pars orationis quae cum versetur in quaestione finita seu in hypothesi, v. g. in judicio, in laudatione, in deliberatione; revocatur identidem ad thesim, amplitudinis vel argumentandi gratia. Ita si S. Joannem Berchmans propter obedientiam laudas, hujus virtutis naturam, partes et praestantiam exponere juvat.

Immo uberem et solidam rerum gravissimarum cognitionem vult Cicero esse nobis semper in promptu, ut illa opportune utamur. Haec si deest, gravitas in oratione desideratur.

110. Quaestionis infinitae pericula. — Hic autem nonnulla pericula vitanda sunt: α) Ne cum in thesi versemur, in aliam thesim magis generalem venire contendamus: v. gr. Si de animi demissione agimus, ne orationem ad virtutem revocemus.

β) Etiam tum cum licet res ad thesim evehere, possumus in modo peccare. Ut si quis parvum aliquod furtum accusans, res ab Alexandro gestas commemorat.

γ) Ne ita accedamus ad thesim, ut rem propositam prorsus negligamus; ut qui S. Stephanum celebrans, communi martyrum laude totam orationem pertexat.

111. Finis orationis dicitur illud quod orator dicendo vult consequi.

Orator finem sibi statuat proprium et definitum necesse est, illumque sine intermissione ante oculos habeat. Secus nihil apposite dici, fructus percipi nullus potest. Hoc periculum est eo majus, quod ex una eademque re multos possumus fructus elicere; quod si nullum definimus, forte omnes amittentur. Ita ex Christi passione haurire possumus dolorem peccatorum, amorem Christi, studium animorum, etc....

In quo tamen scopulus alius vitandus est. Sunt homines qui finem alacriter quidem et constantissime intendunt; sed ita ejus studio capiuntur, ut nihil aliud cogitare aut sentire posse videantur. Studium quidem istud laudem meretur, sed ubi nimium ostenditur, vel quia res tantam alacritatem non meretur, vel quia facile poterat sine tanta oratoris vehementia obtineri; solet auditores aliquantum ab oratore alienos reddere.

Contra, si orator tam amplas habet cogitandi et sentiendi facultates, ut possit una et finem enixe persequi, et tranquillum, ut ita dicam, ducere spiritum; fiducia nescio qua solet et auditores et eos quorum opera juvari potest afficere, ita ut facillime quod intendit consequatur.

112. Status est id a cujus tractatione pendet conse-

quutio finis; sive dispositio rerum et animorum quae ante oculos habenda est, si finem propositum attingere volumus.

Ita in oratione pro Marcello, cupiebat Tullius efficere ut Caesar vires suas effunderet in salutem reipublicae. Ad hoc autem spectandus erat status quaestionis, i. e., quibus sensibus afficeretur Dictatoris animus, et qua ratione esset potissimum vincendus.

Caesar erat vehementer iratus in Marcellum propter injurias ab eo acceptas, verebatur insidias pompejanorum; sed cupiebat se liberalem senatoribus ostendere, ad aucupandam eorum voluntatem.

Hanc igitur gloriae cupiditatem, momentum praecipuum existimat Tullius ad finem consequendum, eamque tamdiu fovet, donec judicat adversarium in suam sententiam esse perlatum.

113. Propositio est id quod orator sibi sumit demonstrandum. Si quaestionem forma interrogandi proponimus, propositio erit responsio huic interrogationi allata.

Ita in oratione pro Milone materies est mors Clodii; quaestio, sitne jure interfectus; propositio, jure Milo Clodium interfecit; status, uter utri insidias fecerit; finis, ut Milo absolvatur.

114. Ejus virtutes. — Propositio debet esse una, definita, gravis et apta.

α) *Una*, id est, vel simplex vel apte composita, non vero multiplex. Composita vero dicitur quae habet quidem partes, sed inter se connexas, ratione materiae vel finis.

Ratione materiae v. gr. «In Incarnatione apparet bonitas Dei et bonitas Mariae.» Ratione finis et materiae: Mithridaticum bellum est magnum et periculosum, ideoque uni Pompejo committendum.

β) *Definita* est quae non tantum materiem enunciat, sed quaestionem circunscribit, eique respondet. Vaga igitur et respuenda est propositio: «Dicam de Philosophia, agam de S. Joanne.»

γ) *Gravis* est quae et oratoris diligentiam, et audientium attentionem meretur, excitat et juvat. Quod pendet ex apta selectione quaestionis, quae afferat orationi novitatem, utilitatem, attentionem.

δ) *Apta* est quae convenit conditioni oratoris, audientium, rerum atque adjunctorum.

CAPUT II

Argumentorum divisio et investigatio

115. Argumentum significat vel omnem materiam quae tractanda suscipitur, vel rationem ad persuadendum idoneam. Hic sumitur in altero sensu.

116. Argumentorum divisio ratione finis.— Ratione finis argumenta dividuntur in probantia, illustrantia et moventia. Quamquam enim omnia argumenta illustrare volunt, auditoris intellectum ac per eum caeteras facultates attingere; tamen ratione tractationis sunt nonnulla quae magis alliciunt, alia quae inertiam voluntatis facilius vincunt.

117. Ratione roboris est argumentum verisimile vel certum. Prius probabilitate nititur et gignit opinionem; alterum nititur evidentia estque metaphysicum, physicum vel morale, prout illa evidentia oritur ex legibus metaphysicis, physicis vel moralibus.

118. Ratione originis argumentum est insitum vel remotum, prout sumitur ex ipsa rei natura atque ex iis quae eam circumdant, vel ex aliis magis alienis. Insito uteris argumento, si laudabis eloquentiam ex ejus effectibus; remoto, si ex auctoritate Ciceronis.

119. Ratione bonitatis quam ostendunt, sunt argumenta ab honesto, a necessario, ab utili, a facili, a delectabili. Bonum honestum est quod penitus congruit naturae humanae qua tali; necessarium, illud sine quo beatos nos esse posse non putamus, ut honor, vita, salus aeterna; utile quod ad bonum necessarium aliquomodo conducit, ut munera, divitiae, etc.

Demosthenes magna virtute demonstrat nullam inesse in solis verbis aut decretis utilitatem, sed agendum esse; nec eos oratores consulere reipublicae qui jucunda suadent, sed qui utilia. Οὐ μὴν οὐδ' ἐκεῖνο... (Olynth., III, XIV-XXX).

120. Argumentorum investigatio requirit plenissimam cognitionem rerum et personarum. Ad cognitionem rerum via quodammodo sternitur in his commentariis de inventione, per quam orator veluti ad speculas quasdam deducitur, unde poterit res et causam accuratissime et circumquaque contemplari.

Sed nequaquam in isto sunt omnia. Cognitio rerum valet ut intellectum auditorum de earum utilitate aut praestantia generatim convincamus, non sufficit ut illos ad agendum moveamus. Sunt enim in animis hominum multi recessus in quibus privata consilia, studia, timores conteguntur. His praesertim respondere debet orator, si finem persuadendi consequi studet.

Ad cognitionem igitur auditorum sunt etiam loci quidam communes quos Aristoteles uberrime tractat in libro II, c. 2, rhetoricorum. De quibus idem dicamus oportet quod de prioribus dicebamus: non suppeditare plenam auditorum cognitionem; sed viam munire, ut ad eam in singulis causis facillime veniamus.

De auditorum cognitione in altero rhetorices gradu. Nobis commissum est ut rerum cognoscendarum fontes investigemus.

Quo facilior sit mentis operatio cum orator argumenta investigare incipit, suadetur ut quaecumque pro

causa vel contra eam occurrant, statim, prout in memoriam incidunt, in scripta referat quam brevissime. Ubi omnia sua prompserit, legat aliquid et inquirat. Postea sedato animo, poterit omnia inter se conferre et ordinare et aptam ratiocinationem instituere.

121. Loci oratorii sunt quaedam quasi sedes argumentorum rebus omnibus communes.

Non suppeditant argumenta in causis ignotis, sed nos adjuvant ut recte cogitata nostra in animo ordinemus et facilius pro opportunitate reperiamus. Nec semper eodem fine usurpantur, sed aliquando ad probandum num sit vel qualis sit res quae jam cognita censetur; aliquando vero ad explorandas vel enucleandas veritates incognitas, ut facere solemus quando sine ulla contentione docemus. Magni momenti est hoc discrimen notare, si cupimus hoc studium persequi majore fructu et facilitate.

122. Duplex eorum genus. — Dicuntur loci intrinseci vel extrinseci, prout argumenta continent insita vel remota.

Loci intrinseci sunt definitio, notatio nominis, genus, species, partes, causae, effectus, adjuncta, antecedentia, consequentia, comparatio, similitudo, et contraria.

Extrinseci, testimonia et exempla.

Sunt quidam oratores vel scriptores, quorum scripta vel orationes parvi fiunt quod nimis abundant locis communibus. Generatim qui tale judicium proferunt, nesciunt ipsi quid dicant. Conemur eorum mentem definire, ne huic studio quod nunc aggredimur praejudicium afferant.

Haec accusatio, si veris fundamentis nititur, significare potest eos oratores, ob ignorantiam aut tarditatem, res solum tritas et omnibus cognitas repetere; vel res quidem accurate cognoscere, minime autem auditores; vel quaestionem infinitam sumpsisse, ubi finitam sumere debebant (n. 110); vel nimis aperte signare et com-

memorare suae cognitionis fontes, et artem quodammodo prae se ferre. Nihil tale suademus in his commentariis. Artem docere volumus imitandae naturae, non autem naturam corrumpere.

CAPUT III

Definitio et notatio nominis

123. Quid sit definitio.—Definitio est oratio explicans rei naturam, qualis est illa qua aeternitas describitur a Boëtio: «Interminabilis vitae tota simul et perfecta possessio.»

124. Definitio philosophica (1).—Est illa quae rei naturam declarat exhibens ejus partes essentiales.

Metaphysica exhibet partes essentiae sola ratione distinctas, qualia sunt genus proximum et ultima differentia; v. gr.: «Homo est animal rationale.» Quid sit genus et differentia, dicetur inferius.

Physica exhibet partes essentiae realiter distinctas, i. e., materiem et formam, quae causae rerum internae vocantur, ut si hominem definis «compositum ex corpore organico et anima rationali.»

Audi ut S. Chrysostomus ex hac definitione argumentum depromat:

«Pero en resumidas cuentas, dirán muchos, ¿cómo afirmamos que el hombre es rey de los seres irracionales, pues no pocos de ellos le aventajan en fuerza, agilidad y perspicacia? Que si rapidez buscamos, mayor es la del caballo; si tolerancia, la del buey; si ligereza, la del águila; si fortaleza, la del león. ¿Qué diremos a esto? Que precisamente en estas ventajas podemos conocer mejor la sabiduría de Dios y

---

(1) Notiones omnes philosophicas quae hic erant necessario adhibendae, ex P. Urráburu scriptis deprompsimus.

el honor que nos ha dispensado. Sí, es más veloz el caballo que el hombre, pero tiene el hombre recursos para hacer un viaje más rápidamente que el caballo. Porque éste, por mucha fuerza o rapidez que tenga, apenas podrá correr veinte estadios en un día. El hombre, remudando continuamente las postas, podrá recorrer hasta dos mil. De suerte que lo que aquél recibe de su ligereza, a éste se lo da la razón y el arte con mucha ventaja...

Rápido es también el vuelo del águila. Pero yo tengo la razón y el arte, con las cuales puedo derribar y prender todas las aves voladoras. ¿Quieres conocer el empuje de mis alas? Mucho más ligeras son que las de aquéllas; que pueden volar no diez, no veinte estadios, no hasta tocar el cielo, sino hasta traspasarlo, y llegar a los cielos de los cielos, donde está Cristo sentado a la diestra del Padre.

Hay más. Los brutos llevan sus armas en el cuerpo, sus astas el buey, sus garras el león y el jabalí sus colmillos. Pero a mí no me puso Dios mis defensas como partes naturales del cuerpo, sino fuera de él, mostrando que ha de florecer en el hombre la mansedumbre y que no debe ir armado a todas horas... *Que no sólo por el alma racional, sino también por el cuerpo nos encumbramos sobre las bestias.*» (Ad pop. Antioch. XI, n. 4).

125. Definitiones oratoriae.— Diximus definitiones philosophicas; quae, cum non semper sufficiant oratori, aliae sunt enumerandae minus perfectae, sed magni tamen usus in eloquentia.

α) Prima est quae fit per *causas extrinsecas*, ut si caelum definis: «Locum a Deo conditum ad suos amicos remunerandos.» (Cfr. Gran., G. de P. I, 84-85).

β) *A contrariis* fit cum declaramus ea quae repugnant rei definitae, vel excludimus ea quae cum ipsa confundi poterant.

Ut si spiritum definimus «substantiam quae non pendet a materie», vel si caritatem divinam declaramus negantes eam esse amorem qui per carnis illecebras, per cupiditatem auri vel honoris accenditur.

Ita definit Tullius per negationem Populum Romanum.

«An tu populum Romanum esse illum putas, qui constat ex iis, qui mercede conducuntur, qui impelluntur, ut vim adferant magistratibus, ut obsideant senatum, optent quotidie caedem, incendia, rapinas? Quem tu tamen populum nisi tabernis clausis frequentare non poteras, cui populo duces Lentidios, Lollios, Plaguleios, Sergios praefeceras. O speciem dignitatemque populi Romani, quam reges, quam nationes exterae, quem gentes ultimae pertimescant, multitudinem hominum ex servis, ex conductis, ex facinerosis, ex egentibus congregatam! Illa fuit pulchritudo populi Romani, illa forma, quam in campo vidisti tum, cum etiam tibi contra senatus totiusque Italiae auctoritatem et studium dicendi potestas fuit!

Ille populus est dominus regum, victor atque imperator omnium gentium, quem illo clarissimo die, scelerate, vidisti tum, cum omnes principes civitatis, omnes ordinum atque aetatum omnium suffragium se non de civis, sed de civitatis salute ferre censebant, cum denique homines in campum non tabernis, sed municipiis clausis venerunt. Hoc ego populo, si tum consules aut fuissent in republica aut omnino non fuissent, nullo labore tuo praecipiti furori atque impio sceleri restitissem.» (Cic., Pro domo sua, 33).

P. Granatensis Dei definitionem texit per negationes cum dicit:

«Cuando yo busco a mi Dios, no busco forma de cuerpo, ni hermosura de tiempo, ni blancura de luz, ni melodía de canto, ni aroma de flores, ni ungüentos aromáticos, ni miel, ni maná deleitable al gusto, ni otra cosa que pueda ser tocada y abrazada con las manos; nada de esto busco, cuando busco a mi Dios; mas con todo eso, busco una luz sobre toda luz, que no ven los ojos; y una voz sobre toda voz, que no perciben los oídos; y un olor sobre todo olor, que no siente el olfato; y una dulzura sobre toda dulzura, que no conoce el gusto; y un abrazo sobre todo abrazo, que no siente el tacto; porque esta luz resplandece donde no hay lugar; y esta voz suena donde el aire no la lleva; y este olor se siente donde el viento no lo derrama; y este sabor deleita donde no hay paladar que guste, y este abrazo se recibe donde nunca jamás se aparta.» (Gran., G. de P. c. 1).

γ) *Per partes* tum essentiales tum integrales.

Ita Legionensis locum illum explanat «Si diligitis me, mandata mea servate» per partes quae in his mandatis continentur:

«Porque para mantener su amistad, es necesario lo primero que se cumplan sus mandamientos. «Quien me ama a mí, dice, guardará lo que yo le mando.» Que es no una cosa sola, o pocas cosas en número, o fáciles para ser hechas, sino una muchedumbre de dificultades sin cuento. Porque es hacer lo que la razón dice, y lo que la justicia manda, y la fortaleza pide y la templanza y la prudencia, y todas las demás virtudes estatuyen y ordenan. Y es seguir en todas las cosas el camino fiel y derecho, sin torcerse por el interés, ni condescender por el miedo, ni vencerse por el deleite, ni dejarse llevar de la honra. Y es ir siempre contra nuestro mismo gusto, haciendo guerra al sentido. Y es cumplir su ley en todas las ocasiones, aunque sea posponiendo la vida...» (León, Amado, 345).

δ) Fit etiam rerum definitio vel descriptio oratoria per *effectus*, ut si gratiam definis: «donum Dei, quod nos a peccato liberat, facitque Dei filios, ejusque gloriae haeredes.»

Ita describit animam per effectus P. Vieira:

«¿Queréis ver lo que es un alma? Mirad, dice S. Agustín, un cuerpo sin alma. Si aquel cuerpo era de un sabio, ¿dónde están las ciencias? Fuéronse con el alma, porque eran suyas... Aquellas razones tan fuertes, aquellos discursos tan seguidos, aquellas sentencias tan vivas, aquellos pensamientos tan altos, aquellos escritos humanos y divinos que admiramos y exceden a la admiración; todo esto era el alma. Si el cuerpo era de un artífice, ¿quién hacía vivir las tallas y los mármoles? ¿Quién ablandaba el hierro, quién derritía los bronces, quién daba nueva forma y nuevo ser a la misma naturaleza? ¿Quién enseñó en aquel cuerpo reglas al fuego, fecundidad a la tierra, caminos al mar, obediencia a los vientos, y a unir las distancias del Universo...? El alma... Si el cuerpo es de un Príncipe, la majestad, el dominio, la so-

beranía, la moderación en lo próspero, la serenidad en lo adverso, la vigilancia, la prudencia, la justicia, todas las otras virtudes políticas con que el mundo se gobierna; ¿por quién eran gobernadas y de quién eran? Del alma... Todo esto que vemos con nuestros ojos, es aquel espíritu sublime, ardiente, grande, inmenso, el alma. Hasta la misma hermosura, que parece dote propio del cuerpo, y que tanto arrebata y cautiva los sentidos humanos, aquella gracia, aquella proporción, aquella suavidad de color, aquel aire, aquel brío, aquella vida, ¿qué es todo, sino alma?...» (Serm. III de la 1.ª dom. de Cuar.).

ε) Vel *per adjuncta*, ut si res humanas definis per celeritatem qua elabuntur et pereunt.

Audi Btum. Avila peccatoris foeditatem oculis objicientem.

«Habéis de saber, que para ser una cosa del todo hermosa, cuatro cosas se requieren. La una, cumplimiento de todo lo que ha de tener; porque faltando algo, ya no se puede decir hermosa, como faltando una mano o pie, o cosa semejante. La segunda es proporción de un miembro con otro, y si es imagen de otra cosa, ha de ser sacada muy al propio de su dechado. Lo tercero ha de tener pureza de color. Lo cuarto suficiente grandeza; porque lo pequeño, aunque sea bien proporcionado, no se dice del todo hermoso.

Pues si consideráis todas estas condiciones en el ánima pecadora, hallaremos, que ni una sola de ellas tiene. No cumplimiento, porque faltándole la fe o la caridad y dones del Espíritu Santo, los cuales había de tener, no se puede decir hermosa a quien tantas cosas le faltan; no tiene proporción entre sí, porque ni obedece la sensualidad a la razón, ni la razón a Dios. Mayormente, que siendo el ánima criada a imagen de Dios, era razón, que para guardar su hermosura, fuera semejable en las virtudes a su dechado, como lo es en su ser natural.

Pues siendo Dios bueno y el ánima mala; Dios limpio y ella sucia; Dios manso, ella airada, y así en lo demás, ¿cómo puede haber hermosura en imagen que tan desconforme está a su dechado? Pues lo tercero, que es una luz espiritual

de gracia y conocimientos, que avivan la hermosura del ánima, como los colores al cuerpo, también le falta; porque ella anda en tinieblas, y está denegrida más que carbones, como lo llora Jeremías. Pues menos tiene lo cuarto, pues no hay cosa más poca ni chica, que ser pecador, que es nada y menos que nada.

De manera, que faltándole todas las condiciones para ser hermosa, sin duda será fea; y porque todas las ánimas, que en los cuerpos que de Adán vienen son criadas, ordinariamente son pecadoras, síguese que todas son feas.» (A. F. c. CVI).

ζ) Omnes denique hae definitiones fieri possunt verbis propriis vel *metaphoricis*.

Metaphoricis definitionibus usus est S. Chrysostomus, cum prosperam hujus vitae fortunam vituperans, dixit.

«¿Qué se hicieron los falsos amigos? ¿Qué las francachelas y convites? Y el enjambre de parásitos y el vino generoso que no cesaba de correr en todo el día, y el arte refinado de los cocineros, y los adoradores de tu poder, que todas sus acciones y palabras encaminaban a darte gusto, qué se hicieron? Sueños eran nocturnos aquellos bienes, y al despuntar el día, se disiparon; flores primaverales, que al terminar la primavera, se marchitaron; sombra, que pasó de largo; humo, que se deshizo; bombillas de jabón, que reventaron; telas de araña, que se desgarraron.» (Chrys. Pro Eutr.).

126. Usus definitionis quatruplex esse videtur: in orationis commentatione; in statu quaestionis apud ipsos auditores definiendo; in argumentando; in movendo.

α) Orator in commentanda oratione saepe ante oculos adhibere debet rerum definitiones, ut bene materiem et finem statuat et vim argumentorum caeteraque dicendi adjumenta reperiat. Secus temere dicet ac sine fructu.

Ita si, cum ad opifices de sui castigatione sit verba facturus, meminerit eam complecti castigationem corporis et

animi, in rebus licitis et in illicitis, etc.; facilius poterit auditoribus eam commendare virtutem, quae illis sit maxime accommodata.

β) In ipsa oratione oportet nonnumquam definitionem praemittere, ne vis argumentorum auditores fugiat.

Ita cum P. Vilariño rerum mundanarum fugam suadere velit, statuit primum definitionem mundi. (*Mensajero*, 1909, Abril, 291-296).

γ) Adhibetur aliquando ad arguendum.

Ut cum Tullius demonstrat in oratione pro Marcello nondum Caesarem assequutum esse veram gloriam: «Etenim gloria est illustris ac pervagata magnorum vel in suos cives, vel in patriam vel in omne genus hominum fama meritorum.» Supplentur hic minor propositio et consequens: «Sed de te nondum ejusmodi fama percrebuit; e. nondum es veram gloriam consequutus.» (Marc. VIII, 26).

Ita possit aliquis ex definitione legis ostendere non esse pravis legibus obtemperandum: «Lex est ordinatio rationis, in bonum commune, ab eo qui curam habet communitatis promulgata»; sed pravae leges non sunt ordinatae a ratione, vel non in bonum commune; e... Vel poteris ex obedientia laudare Stum. Berchmans: «Obedientia, teste Bernardo, est spontaneum et rationabile voluntatis propriae sacrificium»; sed nemo est majore laude dignus quam qui tale sacrificium offert; e...»

δ) Utilis est etiam definitio ad movendum, maxime quando fit per congeriem vel synthesim partium, effectuum, contrariorum, metaphorarum, etc. Ut cum Tullius se popularem praedicat in oratione pro lege Agraria:

«Quae cum ego non solum suspicarer, sed plane cernerem (neque enim obscure gerebantur), dixi in senatu in hoc magistratu me popularem consulem futurum. Quid enim est tam populare quam pax? qua non modo ii, quibus natura

sensum dedit, sed etiam tecta atque agri mihi laetari videntur. Quid tam populare quam libertas? quam non solum ab hominibus, verum etiam a bestiis expeti atque omnibus rebus anteponi videtis. Quid tam populare quam otium? quod ita jucundum est, ut et vos et majores vestri et fortissimus quisque vir maximos labores suscipiendos putet, ut aliquando in otio possit esse, praesertim in imperio ac dignitate. Quin idcirco etiam majoribus nostris praecipuam laudem gratiamque debemus, quod eorum labore est factum, uti impune in otio esse possemus. Quare qui possum non esse popularis, cum videam haec omnia, Quirites, pacem externam, libertatem propriam generis ac nominis vestri, otium domesticum, denique omnia, quae vobis cara atque ampla sunt, in fidem et quodam modo in patrocinium mei consulatus esse collata?» (Cic., II, Agr. IV).

127. Notatio nominis est locus oratorius in quo argumenta depromimus ex ipsa nominis interpretatione.

Usus hujus loci ad illustrandum.— Usus hujus loci duplex est: ad illustrandum et ad probandum. Ad illustrandum utimur notatione nominis: α) nonnumquam jocando vel irridendo, ut solet Tullius cum Verrem impugnat.

«Lilybaeum Verres venit postea; rem cognoscit, factum improbat, cogit quaestorem suum pecuniam quam ex Agonidis bonis redegisset, eam mulieri omnem adnumerare et reddere. Est adhuc, id quod vos omnes admirari video, non Verres, sed Q. Mucius. Quid enim facere potuit elegantius ad hominum existimationem, aequius ad levandam mulieris calamitatem, vehementius ad quaestoris libidinem coërcendam? Summe haec omnia mihi videntur esse laudanda. Sed repente, e vestigio, ex homine, tamquam aliquo Circaeo poculo, factus est *Verres;* rediit ad se atque ad mores suos; nam ex illa pecunia magnam partem ad se *verrit*, mulieri reddidit quantum visum est.» (Cic. in Caecil. de Div. 17).

γ) Quandoque humaniter atque urbane arguimus animumque inducimus in nostram sententiam, potius suavitate et acumine quam robore argumentorum; ut

cum P. Vilariño ostendit templum Smi. Cordis Jesu in Barcinonensi «Tibidabo» esse exstruendum. *(Mensajero, Ag. 1910)* Audi Btum. Avila puellae nomine Agneti gratulantem.

«El Cordero que murió por sus ovejas y resucitó para bien de ellas, os dé muy buenas Pascuas y os haga conforme a su santa voluntad, pues para esto os llama a su servicio. Hermana, la que quiere ser de nuestro Señor Jesucristo ha de trabajar de ser muy conforme a él, no en riqueza de vestidos vanos, ni oro ni plata, sino en lindeza de buenas costumbres. Y si bien lo miráis vos, debéis tener cuidado de esto, porque vuestro nombre Inés vale tanto como cordera; y pues el nombre de Jesús es Cordero y el vuestro Cordera, mirad que le parezcáis en la obra como en el nombre; sed mansa entre los enojos, sed humilde entre las afrentas, sed blanda en sujetar vuestra voluntad, sed piadosa en lo que a los prójimos toca, sed amiga del trabajo, como cordera que sacrifican; y miraos muchas veces en Jesucristo, vuestro espejo, para que veáis, si estáis fea o hermosa, y mirarse ha él en vos, y bienaventurada seréis por ser mirada de tan alto Rey; y pues ya estáis prendada de su amor, id creciendo cada día en bondad, y tened una santa soberbia, como santa Inés, para despreciar el mundo entero por amor de Jesucristo bendito; y para que os acordásedes del Cordero del cielo os llevaron ese cordero: miradlo con ojos cristianos y acordaos de nuestro Señor, cuando lo viéredes, y hágaos el Espíritu Santo muy gran sierva suya. Amén.» (Bto. Avila, VI, 318).

128. Usus hujus loci ad probandum. — Aliquando valet ad probandum efficaciter: α) Cum nomen impositum est consilio divino vel humano, ut in Smis. Nominibus Jesu et Maria, vel in iis quae solent quidam Pontifices aut Reges aut viri religiosi usurpare, v. gr.: Gregorius, Pius, Bonifacius. Vide ut Legionensis Sacrosanctum Jesu nomen declaret. (Jesús, 361, 362).

β) Cum innuit vim et officia alicujus muneris: «Consul, Rector, Religiosus». Ita demonstrat Tullius ex notatione nominis Pisonem non fuisse consulem, siquidem Reipublicae non consuluit.

«Tune etiam mentionem facies consulatus aut te fuisse Romae consulem dicere audebis? Quid? tu in lictoribus [in toga] et praetexta esse consulatum putas? quae ornamenta etiam in Sex. Clodio te consule esse voluisti, his tu, clodiane canis, insignibus consulatum declarari putas? Animo consulem esse opportet, consilio, fide, gravitate, vigilantia, cura, toto denique munere consulatus, omni officio tuendo maximeque, id quod vis nominis ipsa praescribit, rei publicae consulendo... Qui latrones igitur, siquidem vos consules? qui praedones? qui hostes? qui proditores? qui tyranni nominabuntur? Magnum nomen est, magna species, magna dignitas, magna majestas consulis; non capiunt angustiae pectoris tui, non recipit levitas ista, egestas animi; non infirmitas ingenii sustinet, non insolentia rerum secundarum tantam personam, tam gravem, tam severam.» (Cic., Pis. c. X).

CAPUT IV

Genus et species. Enumeratio partium

129. Definitiones. — *Genus* est id quod de pluribus praedicari potest tanquam pars eorum essentiae determinabilis per aliam. *Differentia* est id quod de pluribus praedicari potest tanquam pars essentialis determinans aliam. *Species* est id quod de pluribus praedicari potest tanquam integra eorum essentia. *Individuum* est id quod ita particeps est essentiae alicujus speciei, ut solum numero et notis accidentalibus differat a caeteris quae eamdem speciem participant.

Ita v. gr.: «Animal» de omnibus hominibus praedicari potest tamquam pars essentiae, quae per aliam est determinanda; «Rationale» etiam tamquam pars quae determinat; «Homo» tamquam integra essentia; «Alexander Magnus» de uno viro qui specie quidem cum caeteris convenit, numero autem et notis accidentalibus ab eis differt.

130. Ratio arguendi ex genere (1). — His positis, illud cogitabis, ut argumenta ex genere depromas: «Quod necessario et semper est in genere, necessario et semper est in specie et in individuis. Quod illi repugnat, his etiam necessario repugnat.»

Ita, «necessario et semper mater sui compos dolet in morte filii bene morati; e. matres martyrum dolebant; e. Bma. Virgo dolebat, cum filios morientes videbant.»

«Fieri non potest ut pereat qui Dei misericordiae se penitus commiserit; e. Christi imitator qui in Deo confidit interire non potest.»

Ita P. Séñeri, postquam ex genere demonstravit pericula divitiarum, ad speciem venit earum quae furto sunt acquisitae.

«Toda riqueza, aun la allegada con justicia, es peligrosa, si es abundante. Porque bien y elegantemente dice San Cirilo: ¿Qué son las riquezas de este mundo sino halagos de la liviandad, incentivos de la codicia, carga y pesadumbre de muerte? Confírmalo San Ambrosio, quien las llama materia de perfidia, cebo y aceite de todos los pecados. Confírmalo Pedro Blesense, apellidándolas ruina de las virtudes y semillero de vicios. Confírmalo San Crisóstomo, quien dijo de ellas... ¿qué no dijo de ellas y qué mal no les achacó? Llámalas homicidas, llámalas crueles, llámalas tiranos sin entrañas, y que nunca apagan ni disminuyen el rencor que tienen a los poseedores de ellas. Llámalas recios vientos, que levantan a todas horas bravas tempestades; llámalas bestias fieras, que despedazan continuamente el corazón; llámalas incendio voracísimo, que abrasa sin cesar la redondez de la tierra; llámalas manantial hediondo de todas las abominaciones del mundo. De aquí, dice, brotan las enemistades, de aquí las riñas, de aquí las guerras y disensiones, de aquí los vanos

(1) Eadem valent de specie si cum individuo conferatur. Haec autem omnia iisdem principiis nituntur quibus syllogismus: «Quae sunt eadem uni tertio sunt eadem inter se»; «Quorum unum est idem uni tertio, alterum vero non, non sunt eadem inter se.»

recelos, de aquí las palabras afrentosas, de aquí los hurtos, de aquí las matanzas, de aquí los sacrilegios. Luego cierto es que, por ley general, cuantas más riquezas dejareis a vuestros hijos, a mayores riesgos los exponéis; ni obraréis con más cordura que la del que pusiese en manos de un niño travieso un cuchillo muy agudo, por tener el mango primorosamente engastado en piedras preciosas.

Pues si de toda suerte de riquezas cabe afirmar lo mismo, ¡cuánto más, decidme, de las que siendo, como son, parto de la iniquidad, suelen ser asimismo, según la valiente frase del Eclesiastés, madres de perdición y matadoras de sus dueños! *Conservatae in malum domini sui.* ¡Cuán angustiada y cargada dejaréis la conciencia de vuestros herederos, los cuales no podrán retener con buena fe lo que vosotros allegasteis contra la ley de Dios! Que restituyan, difícil será; y si no restituyen, están perdidos. ¿Cómo no veis claramente que los despeñáis con tales bienes en la eterna perdición? ¿Y esto es amor? ¿y esto es cariño de padre? Furor, aborrecimiento debiera decirse, y furia de verdaderos parricidas.» (SÉÑERI, I, 356-357).

Ut vides, haec argumentandi ratio ex genere nihil est aliud quam revocatio rei singularis ad thesim (Cfr. n. 109).

131. Usus specierum ad enucleandum. — Plerumque species rerum declaramus non ad arguendum sed ad veritatem enucleandam vel explorandam, V. gr. ad declarandum quale sit genus, vel ad conferendas species inter se, vel ad singulas species melius perscrutandas. Ita P. Legionensis propositis quibusdam legum speciebus, ostendit omnium optimam esse legem per J. Christum nobis allatam.

«Y así el hacer y dar leyes es muchas veces ocasión de que se quebranten las leyes, y de que, como dice San Pablo (Ad. Rom. cap. V, ℣. 20), se peque más gravemente, y de que se empeoren los hombres con la ley que se ordenó e inventó para mejorarlos. Por lo cual Cristo nuestro Redentor y Señor en la gobernación de su reino halló una nueva ma-

«El mismo poder de Dios, abrazándolo y fomentándolo en sí (al cuerpo de Cristo) lo tornó a calentar, y le regó con sangre las venas, y le encendió la fornaza del corazón nuevamente, en que se tornaron luego, a forjar espíritus, que se derramaron por las artejas palpitando y bullendo, y luego el calor de la fragua alzó las costillas del pecho, que dieron lugar al pulmón, y el alma se lanzó luego en él, como en conveniente morada, más poderosa y más eficaz que primero. Porque dió licencia a su gloria que descendiese por toda ella, y que se comunicase a su cuerpo, y que le bañase del todo, con que se apoderó de la carne perfectamente, y redujo a su voluntad todas sus obras, y le dió condiciones y cualidades de espíritu: y dejándole perfecto el sentir, la libró del mal padecer: y a cada una de las partes del cuerpo les conservó ella por sí, con perpetuidad no imitable, el ser en que las halló, que es el propio de cada una.

De manera que sin mantenimiento da sustancia a la carne, y tiene vivo el calor del corazón sin ceballe, y sustenta los espíritus, sin que se evaporen, o se consuman del uso. Y así desarraigó de allí todas las raíces de muerte, y desterróla del todo, y destruyóla en su reino, y cuando se tenía por fuerte. Y traspasó su gloria por la carne, que como dicho he, la tenía apurada y sujeta a su fuerza, y resplandecióle el rostro y el cuerpo, y descargóla de su peso natural, y dióla alas y vuelo. Y renació el muerto más vivo que nunca, hecho vida, hecho luz, hecho gloria, y salió del sepulcro, como quien sale del vientre, vivo y para vivir para siempre, poniendo espanto a la naturaleza con ejemplo no visto.» (León, Hijo, 307-308).

148. Antecedentia dicuntur adjuncta quae actionem quomodocumque praecedunt. Ut si quis ex metu quo laborabant Apostoli ante resurrectionem, demon-

stret resurrectionis veritatem. Sunt tamen antecedentia quaedam, quae ita necessario actionem praecedere debent, ut etiamsi non gignant effectum, sint conditio sine qua gigni non potest. Haec antecedentia magni sunt ponderis in probando.

Hoc argumento usus est validissime Tullius ad tuendam innocentiam S. Roscii (c. XIV). Nequit filius optime moratus fieri de repente perditissimus parricida; a. S. Roscius semper fuit magna pietate et temperantia ornatus; e. patrem occidere non potuit.

Idem Tullius ex antecedentibus suis defendit Sullam ab accusatione conjurationis: Ego qui Catilinae restiti tanta alacritate, non defenderem Sullam, si caput esset conjurationis. (Sulla XXX).

Non probando sed hortando utimur saepe antecedentibus; v. gr., cum alicui suadere volumus ut ponat conditiones sine quibus finem intentum consequi non potest.

149. Consequentia vocantur: α) adjuncta quaelibet quae actionem sequuntur; β) effectus qui ita necessario actionem consequi solent, ut si desint, possimus de actione dubitare; γ) effectus remotiores et minus directi.

Alterius generis exempla suppeditat Tullius praeclarissima in oratione pro Roscio, cum narrat filios Caelii Terracinensis liberatos esse ab accusatione parricidii, quod inventi essent dormientes statim post patris decessum. (Rosc. Am. c. XXIII). Simili argumento innocentiam Milonis confirmat ex animi fiducia qua Romam venit post Clodii caedem. (Mil. XXIII). Contra in III Catilinaria V ex conjuratorum colore, vultu, taciturnitate, post detectam conjurationem arguit eorum culpam.

Tertii generis reperies apud S. Chrysostomum (I (II) n. 570, 571) ubi ex consequentibus et ex effectibus Christi divinitatem demonstrat; apud Tullium (I Verr. c. XV, XVI) ubi comminatur judicibus ea praedicens quae consequentur, si male judicaverint; et pro Rabirio (c. IX-XI) ubi Tullius praedicit

bonos omnes infamia notatum et a defendenda republica aversum iri, si Rabirius causa ceciderit. Multa sunt alia praeterea: Pro Flacco XXXIX; pro Manil. VII; pro Mil. XXVIII et seq. etc. Vide quoque perorationem orationis de Divinatione, ubi ex consequentibus probat non Caecilio sed sibi accusationem in Verrem deferendam esse. (c. XXII).

CAPUT VII

Comparatio, similitudo, contraria

150. Comparatio est locus communis in quo argumenta depromimus ex majore vel minore probabilitate rerum inter se collatarum, spectatis earum natura vel adjunctis. Differt a similitudine eo quod comparatio gradum probabilitatis spectat in rebus, similitudo vero earum qualitates inter se confert. Hic locus est maxime popularis propter summam ejus perspicuitatem.

151. Triplex comparationis forma. — α) *A majori ad minus* dicitur comparatio, cum sic arguimus: «Si quod probabilius erat, non accidit; multo minus accidet id quod est minus probabile.» Haec ratio argumentandi negationem requirit tacitam vel expressam in utroque membro. «Si Deus angelis peccantibus veniam non concessit, multo minus homini superbo, qui veniam ipsam contemnit.»

Cicero, per comparationem a majori demonstrat Labienum non debuisse tam severe ulcisci mortem patrui sui. Nam C. Gracchus non persequutus est hoc modo mortem Tiberii fratris sibi carissimi; e. minus debuit Labienus mortem persequi patrui quem vix cognoverat. (Rab. V). Et pro Roscio (c. XXII): Caetera crimina etiam levissima non vera censentur nisi evidentibus argumentis demonstrantur; e.

minus poterimus crimen parricidii censere verum, si desunt evidentissima argumenta.

β) *A minori ad majus* arguimus hoc modo: «Si quod minus probabile videbatur, perfectum est; id quod probabilius est, probabilius fiet vel factum est.»

«Recuerdo a este propósito haber leído en las historias de Indias, que un natural de aquellas tierras, por nombre Munatamá, fué acusado ante Vasco Núñez, gran conquistador, de un crimen de lesa majestad. Defendíase el pobre indio y trabajaba para deshacer aquella impostura con su bárbara elocuencia, pero todo sin provecho; hasta que arrojándose a los pies del celebrado capitán, y puesta la temblorosa mano en el puño de la espada, resumió en estos términos la injusticia de aquel cargo: ¿Y podéis presumir, nobilísimo capitán, que pasase nunca por mi mente el ofenderos, si lleváis al cinto un arma tan terrible, que de un tajo parte al hombre más robusto? — Así argumentaba aquel salvaje amaestrado en la escuela de la naturaleza, pues no parecía posible que hombre desnudo a la usanza del país, y sin más armas que un sable o cimitarra de madera, se alzase contra otro que ceñía espada de cortante acero.

¡Oh cristianos! venid ahora y respondedme. ¿Y a vosotros puede venir al pensamiento desafiar a Dios nuestro Señor, como si no vierais la distancia infinita que media entre vosotros, vilísimos gusanos de la tierra, y la soberana Majestad del Hacedor y Gobernador del universo? ¡Oh, que lleva en su cinto divinal algo más que una espada de flexible acero! Cuantos rayos hay en las nubes, cuantas fieras en las selvas, cuantas hierbas ponzoñosas en los prados, cuantas chispas en el fuego, cuantas simas y despeñaderos en la tierra, armas son del omnipotente Dios, con que puede quebrantar vuestra altivez. ¿Y vosotros no le teméis? (Séñeri, I, 166-167).

Vide, sis, aliam comparationem clarissimam depromptam ex morte imperatoris D. Alvaro de Bazan (136-138). Alias comparationes a minori dat P. Vieira. (I, 51; I, 231-234).

γ) Comparatio *a pari:* «Si quid est quod verum aut

justum censetur, verum etiam aut justum censendum est quidquid eadem gaudet probabilitate.»

Ut cum ait Cicero in oratione pro Sulla:

«Ac primum abs te illud, L. Torquate, quaero, cur me a caeteris clarissimis viris ac principibus civitatis in hoc officio atque in defensionis jure secernas. Quid enim est quam ob rem abs te Q. Hortensii factum, clarissimi viri atque ornatissimi, non reprehendatur, reprehendatur autem meum?... Quem cum videas hoc honore, auctoritate, virtute, consilio praeditum non dubitasse quin innocentiam P. Sullae defenderet; quaero, cur, qui aditus ad causam Hortensio patuerit, mihi interclusus esse debuerit; quaero illud etiam, si me qui defendo reprehendendum putas esse, qui tandem de his existimes summis vivis et clarissimis civibus, quorum studio ac dignitate celebrari hoc judicium, ornari causam, defendi hujus innocentiam vides.» (Cic., pro Sulla, II).

In V Philippica c. IX sic arguit in Antonium: Si Hannibal hostis est habitus populi romani propter ejus depraedationes; hic qui non minores commisit, eodem jure hostis appellandus est.

B. Avila pulchram congeriem comparationum conficit a minori, cum dicit:

«¿Qué es esto, hermanos? qué es esto? ¿qué es esto? que en las cosas temporales nuestro deseo está tan vivo, y va tan adelante de lo que debemos, que no hay quien se contente con ruin capa, si la puede tener buena; ni con pocas cargas de uva de su viña, si puede hacer que haya más. La fruta que comemos ni la queremos demasiadamente madura, ni que esté mal sazonada; pequeña falta en un manjar nos descontenta, de manera, que no le queremos comer; el servicio que nos hacen querémosle con buena crianza, que sea presto y con buena gracia; quien puede estar sano y recio, no se contenta con estar enfermo. ¿Pues por qué, siendo tan adelantados en escoger lo mejor en todas estas cosas, somos tan apocados en contentarnos con lo menos en las cosas que valen más? Cogemos la ceniza y derramamos la harina, y los que desean tener mucho de tierra, no se les da nada por tener

mucho del cielo: y para donde era menester la verdadera codicia, allí tienen una vergonzosa hartura, cosa muy reprendida de la Divina Escritura. Y si leemos al bienaventurado San Pablo, hallaremos con cuánto peso y cuántas veces nos amonesta, que desocupados de todo lo que nos puede impedir, corramos con ligereza a la celestial joya, para posesión de la cual Dios ha llamado a los cristianos por su misericordia, y que no nos contentemos con tener el principio de la virtud, sino que crezcamos en ella, y que perfecionemos nuestra santificación en el temor del Señor.» (Bto. Avila, III, 226-227).

152. **Similitudo** est locus communis in quo argumenta depromimus, non ex majore aut minore probabilitatis gradu ut in comparatione, sed ex affinitate rerum easdem qualitates habentium.

Ad illustrandum plerumque valet, quippe quae rem clariorem ostendat. Ita Sta. Teresia:

«Creed que quien no sabe concertar las piezas en el juego de ajedrez, que sabrá mal jugar; y si no sabe dar jaque, no sabrá dar mate. Aun así me habéis de reprender, porque hablo de cosa de juego, no le habiendo en esta casa, ni habiéndole de haber. Aquí veréis la Madre que os dió Dios, que aun esta vanidad sabía, mas dicen que es lícito algunas veces. Y ¡cuán lícita sería para nosotros esta manera de juego! Y ¡cuán presto, si mucho lo usamos, daremos mate a este Rey divino, que no se nos podrá ir de las manos, ni querrá!

La dama es la que más guerra le puede hacer en este juego, y todas las otras piezas ayudan. No hay dama que así lo haga rendir como la humildad. Esta le trajo del cielo en las entrañas de la Virgen, y con ella la traeremos nosotras de un cabello a nuestras almas. Y creed, que, quien más tuviere, más le terná, y quien menos, menos.» (Santa Teresa, Cam. de la perf., c. XVI).

153. **Vis similitudinis ad arguendum** est maxima, quando cum comparatione expressa vel tacita conjungitur; qualis est illa S. Augustini:

«Si in alicujus opificis officinam imperitus intraverit, videt ibi multa instrumenta, quorum causas ignorat, et si multum est insipiens, superflua putat. Jam vero, si in fornacem incautus ceciderit, aut ferramento aliquo acuto, cum id male tractat, seipsum vulneraverit, etiam perniciosa et noxia existimat ibi esse multa. Quorum tamen usum, quoniam novit artifex, insipientiam ejus irridet, et verba inepta non curans, officinam suam constanter exercet. Et tamen tam stulti sunt homines, ut apud artificem hominem non audeant vituperare quae ignorant, sed cum ea viderint, credunt esse necessaria, et propter usus aliquos instituta: in hoc autem mundo, cujus conditor et administrator praedicatur Deus, audent multa reprehendere, quorum causas non vident, et in operibus atque instrumentis omnipotentis Artificis volunt se videri scire quod nesciunt.» (S. Aug. De Gen. I, 16).

Demosthenes athenienses excitat mirifice per similitudinem depromptam e barbaris pugilibus, in qua latet comparatio. «Ὥσπερ δ'οἱ βάρβαροι...» (Phil. I, XL, XLI).

Etiam S. Chrysostomus argumento utitur mixto ex similitudine et comparatione, suadens lectionem sacrarum Scripturarum: Quemadmodum artifices, etsi magna egestate premantur, numquam artis instrumenta vendunt, quia sciunt solum per ea posse egestatem depelli; sic nos, etsi multis rerum mundanarum curis distineamur, non debemus lectionem Scripturarum omittere, quae sola a rerum fluxarum insidiis nos liberare potest. (Chrys. I (II) 904-905).

154. Argumentum a similitudine promptum retunditur vel neganda similitudine, vel ea in adversarium retorquenda, si fieri potest. Ita si vir apostolicus «canis» vocatur, tenere potest similitudinem, dicens se «lupos» fugare velle.

Lepidum exemplum suppeditat S. Chrysostomus. Cum concionatus esset de Lazaro et de divite epulone, fuerunt quidam homines profligati, qui, ducta similitudine e ludis circensibus, parabolam irriderent hoc modo: «Si dives hic post lautissimam vitam, supplicium in altera est passus, nihil amisit; habet enim *unum con-*

tra unum. Si vero supplicium non est passus, lucratus est; habet enim *duo contra nullum.*»

«Avergüénzome y me sonrojo de repetir tales palabras; pero es menester decirlas, para apartaros de la risa descompuesta y de la ignominia y perjuicio que tales dichos os traen... ¿Qué dices? ¿Si el rico es allí castigado, tiene uno contra uno? ¿En qué razón cabe asegurar tal cosa? Porque ¿cuántos años quieres suponer que tuvo para gozar de sus riquezas? ¿Pongamos ciento? Si quieres, te doy dos y tres cientos y diez veces más, hasta mil, cosa imposible. Los días de nuestra vida, dice la Escritura, ochenta años. Pero supongamos que son mil... Pues bien, si uno en cien años de vida hubiera pasado una sola noche soñando suavemente y hubiera gozado mucho en ella, pero luego fuese castigado durante los cien años, ¿podría éste decir: «Estamos iguales, uno a uno»; y equiparar a cien años una sola noche? Es imposible. Pues discurramos del mismo modo sobre la vida futura. Lo que es un ensueño comparado con cien años, esto es la vida presente comparada con la futura. Digo mal, es mucho menos. Lo que es una gotita comparada con el piélago inmenso, esto son mil años comparados con la futura gloria.» (S. Chr. I (II), 885-886).

155. **Contraria** dicuntur ea quae simul in eadem re esse non possunt, ut amor et odium. Haec, ut vides, sunt extrema, multa vero possunt esse in medio. *Contradictoria* dicuntur ea inter quae non datur medium, eo quod unum negat tantum quod sufficit ad excludendum aliud, nihil amplius: «Amat, non amat».

156. **Valent ad probandum sitne res** duplici modo. α) Si de contrariis generatim dicimus, valet hoc principium: «Ex affirmatione unius sequitur negatio alterius», non inversum. Sic arguit Cicero: Omnes cives amant Caesarem; e. non insidias parant. Male argueret: Non insidias parant, ergo amant. Roscius patrem amavit, e. non occidit. Male concluderet: Non occidit, e. amavit.

β) Si agitur de contradictoriis, valet utrumque principium. Possumus ergo arguere: Non omnes colunt

Deum; e. aliqui non colunt. Omnes colunt Deum, e. non est aliquis qui non colat. Contradictoria proprie dicta rarius occurrunt in oratione; sunt autem quaedam extrema, quae per accidens, ratione adjunctorum, medium excludunt, et tum possumus in illis arguere tamquam in contradictoriis. Ita Cicero in Antonium:

«Numquamne intelliges statuendum tibi esse, utrum illi qui istam rem gesserunt, homicidae sint an vindices libertatis? Attende enim paulisper cogitationemque sobrii hominis punctum temporis suscipe. Ego, qui sum illorum, ut ipse fateor, familiaris, ut a te arguor, socius, nego quidquam esse medium; confiteor eos, nisi liberatores populi romani conservatoresque rei publicae sint; plus quam sicarios, plus quam homicidas, plus etiam quam parricidas esse, siquidem est atrocius patriae parentem quam suum occidere. Tu, homo sapiens et considerate, quid dicis? Si parricidas, cur honoris causa a te sunt et in hoc ordine et apud populum romanum semper appellati? Cur M. Brutus, referente te, legibus est solutus, si ab urbe plus quam decem dies adfuisset? Cur ludi Apollinares incredibili M. Bruti honore celebrati? Cur provinciae Bruto, Casio datae? cur quaestores additi? cur legatorum numerus auctus? Atqui haec acta per te. Non igitur homicidas. Sequitur ut liberatores tuo judicio, quandoquidem tertium nihil potest esse. Quid est? Num conturbo te?» (Cic., II, Phil. XIII).

Hoc argumento utimur aliquando ad demonstrandam Jesu Christi divinitatem. Jesus Christus vel est pessimus omnium hominum vel est Filius Dei; sed ipsi ejus adversarii fatentur non esse pessimum; e. debent fateri esse Dei Filium.

157. Ad probandum qualis sit res spectare possumus qualitates contrariorum vel in se ipsis, vel in eorum causis, vel in adjunctis vel in effectibus; estque ratio arguendi frequentissima.

V. gr.: Colenda est pietas, nam impietas sive in se ipsa spectata, sive in causis, sive in adjunctis, sive in effectibus

est pessima. Juventus est accuratissime instituenda, nam pessimi effectus sequerentur ex ejus negligentia. Absolvendus est Murena, nam homines perditissimi damnationem ejus vehementer cupiunt.

Audi exemplum novum et audax quod suppeditat P. Cabrera:

«Si os probare yo que es mucho más dificultoso desamar al enemigo que amarle, convencida quedará vuestra rebeldía, y conoceréis con cuánta verdad está dicho: *Mandata ejus gravia non sunt* (Is. V) Haced ahora otro evangelio opuesto a este que ahora os predica el Señor, y digamos así: «Yo os digo a vosotros; aborreced a vuestros enemigos, haced mal a aquellos que os quieren mal, y maldecid y detestad a los que os persiguen y calumnian, para que seáis hijos de Satanás, vuestro padre, que arde en los infiernos, que esparce la tiniebla de su ceguera sobre buenos y malos, y llueve odios sobre justos e injustos.» Pregúntote, mundano, ¿conténtate más este evangelio? Pues guárdalo y mala pro te haga, que buena no puede ser. Deslinda cada cosa destas en particular. Desama a tus enemigos: mira que en el desamor está incluída la envidia; y si quieres mal, te ha de pesar del bien que vieres en ese a quien aborreces; y la envidia y pesar del bien ajeno es la mayor carnicería y más duro tormento que nadie te puede dar. La más venenosa ponzoña que te podrían dar a beber tomas con tus manos, pesándote de ver al otro más medrado o favorecido, turbándote en oir las alabanzas de tu émulo... Con la envidia te acompaña la ira, una de las más crueles fieras y más denodadas de cuantas se crían en este bosque montuoso de nuestras pasiones; que si deshierra las cadenas de la razón y la dejan seguir su braveza y furia, hace daños irreparables... ¡Cómo descompone a un hombre! El rostro hinchado, feroz, negras las venas, los ojos centelleando como dragón, torpe la lengua, demudado el color, turbado el juicio, ciega la razón. Quita el sueño, estraga el gusto, destruye el sosiego y el contento. Conociendo sus daños el apóstol, dice a los fieles: *Sol non occidat super iracundiam vestram.* No os tome la noche con tal huésped en casa, que será vuestra perdición; y dad lugar a la ira, apartaos, hacedle calle, que pase; no os pongáis delante, que no hay fuego encendido, ni mar bravo,

ni huracán deshecho como ella; tal huésped has de recibir con el odio en tu posada, y se hará dueño de ella adelante... ¡Y que esta ley de venganza me digas tú, mundano, que es suave, y que la del perdón no se puede sufrir de dura! Los ciegos verán que estás ciego y que tu pasión te engaña.» (CABRERA, 51-53).

CAPUT VIII

Testimonium et exemplum

158. Testimonium. Quid et quotuplex. — Testimonium est effatum testis qui scientia et auctoritate praeditus est, ut assensum auditorum obtineat.

Si testis est ipse Deus, ut accidit in S. Scriptura et in omnibus quae per revelationem accepimus, testimonium est *divinum;* secus est *humanum.*

Testimonium humanum caret aliquando auctore noto et definito, ut accidit in proverbiis et in effatis quae dicuntur *sensus communis.*

Saepius adhibentur testimonia hominum cognitorum. Eorum autem auctoritas nonnumquam in eo nititur quod, etsi nobis adversantur, ipso veritatis pondere coguntur fateri quod dicimus; nonnumquam in testium gravitate et scientia.

159. De usu testimoniorum. — α) Testimonia sacra ne temere usurpentur, quin totam orationem contextam ex qua desumuntur perpendamus.

Nonnulla sunt testimonia quae saepe adhibentur improprio sensu; vide librum in quo carpuntur: «Les contresens bibliques» scriptum a P. J. V. Bainvel.

β) Adagia et proverbia valent, quia multarum gentium auctoritate munita sunt. Maxime conveniunt sermoni familiari. Cavendum tamen est ab adagiis hominum qui vitiis sunt irretiti.

Testimonium sensus communis est veritas quaedam, quae etiamsi formula propria nondum a vulgo donata est, probabitur ab eo quotiescumque proferatur. Tale est illud Ciceronis in Or. pro Milone, 4. «Est igitur haec, judices, non scripta...»

γ) Testimonia adversariorum magnum habent pondus ut arguamus «ad hominem».

δ) Denique in caeteris testimoniis adducendis prodest multum auctoritatem testium apte commendare. Apte, inquam, parum enim valet, v. gr. scientiam rei militaris extollere in eo qui testis est adducendus pro re litteraria.

160. Quomodo sint testimonia refellenda. — Facillime varios testimonii refutandi modos memoria retinebis, si hoc vel simili syllogismo adversarii argumentum conflaveris: «Hortensii auctoritas movere nos debet ut illi assentiamur; a. Hortensius testimonium dicit contra causam quam defendimus; e. assentiendum est Hortensio contra causam quam defendimus.»

Respondebis, si poteris: α) Negando suppositum majoris, sc. in Hortensio esse auctoritatem.

β) Distinguendo majorem: Assentiendum est, nisi obstet ratio evidens, C.; si obstat ratio evidens, N.

γ) Distinguendo alia forma: Nisi obstent auctoritates validiores, C.; si obstant, N.

δ) Negando minorem, sc. testimonium esse prolatum.

ε) Distinguendo minorem: Prolatum est hoc sensu, N.; alio, C.

Cave tamen in altera responsione, ne ita vim auctoritatis imminuas, ut videaris tuam rationem rationi hominum sapientissimorum anteponere. Omnium fere modorum refutandi exempla reperies in oratione pro Lege Manilia.

Bts. Avila, cum negarent aliqui peccatum veniale esse verum peccatum, idque auctoritate cujusdam Sti. Patris confirmare vellent, eorum dictum refutat: α) tacendo no-

mine ejus sancti; β) ejus verbis explicandis; γ) opponens auctoritatem aliorum sanctorum, maxime vero S. Scripturae. (IV, 144-174, tract. XVII de Euchar.).

In vita S. Parentis Ignatii (III, 15 pag. 279) ostendit pulcherrime P. Ribadeneira, quanta sit vis auctoritatis, etiam cum orationi opponitur quae evidens censebatur.

161. Exemplum est locus communis in quo argumenta depromimus ex alicujus rei narratione. Si narratio refert rem fictam, vocatur parabola vel fabula.

Parabola est narratio ficta cujus personae sunt homines.

«Cuenta San Vicente que unos mancebos salieron de un pueblo a una principal ciudad con intención de hurtar. Habían parece que en su tierra perdido la hacienda con travesuras y disparates. Trabajar es de mal gusto para quien ha vivido a la rufianesca,... porque les parece que las manos enseñadas a esgrimir y manejar espada y broquel, no conviene que traten la mancera o el azadón. Así que, diéronse a hurtar, que es vida descansada y de hombres sueltos; y porque no les cayesen en el rastro, vanse a una gran ciudad y de trato, donde mejor pudiesen y más a su salvo usar su destreza. Ya que llegaban junto al lugar, en un altozanillo que estaba a la salida, ven un palo y en él un mancebo bien aderezado con una docena de jaras y la maestra travesado. Parecióles mala burla, que es mal hagüero para salteadores el palo de la Hermandad. Preguntan a un hombre que andaba por allí escardando unos panes quién fuese. Es, dijo él, el hijo del Corregidor del pueblo. —¿Y por qué está aquí desta manera? — Porque un criado suyo entró en un cercado de su vecino y cogió una poca de fruta. Parecióle tan mal al Corregidor que los criados de su hijo quebrantasen la justicia por él guardada, que teniendo por pequeño castigo el que en ellos se podía hacer; quiso vengarlo en su hijo, y es ese que ahí está, siendo el mejor mozo y más bien querido y con más razón que había en el pueblo. —¿Qué debieron de sentir los que iban con tan mal intento? — Volvámonos, que no es lugar para nuestros propósitos. — ¿Habéis entendido la parábola? De cuantos castigos jamás

Dios ha hecho, ninguno hay que así muestre su justicia rigurosa, como el que vemos ejecutado en Jesucristo.» (CABRERA, 25).

Fabula est narratio rei fictae cujus personae sunt bruta vel res inanimatae. Fabulis rarius locus est in concione sacra, nisi familiaris sit. Parabolis frequentissime usus est Servator noster in praedicando Evangelio.

162. Exemplorum vis eadem est fere atque similitudinis. Itaque α) valet saepissime ad illustrandum, ut sciamus v. gr. quid vel quomodo agendum sit.

β) Alias eamdem habet vim ac comparatio, si cum ea expressa vel tacita conjungitur. Qualia sunt illa Ciceronis pro lege Manilia V: «Majores vestri...»; et pro Roscio Am. XII: «Hominem longe audacissimum...»

γ) Denique saepissime adhibetur in contrariis.

Ita opponit Cicero Scipioni Verrem (de Sign. 35). «Quam dissimilis hic dies illi tempori videbatur! Tum imperator populi romani deos patrios reportabat Segestanis, ex urbe hostium recuperatos: nunc ex urbe sociorum, praetor ejusdem populi turpissimus eosdem illos deos nefario scelere auferebat.»

163. Exemplorum forma. — Exempla possunt esse ignota vel nota.

α) Si sunt ignota, fusius enarrari possunt in oratione, omissis tamen iis omnibus quae nostrum propositum non juvant, ne longius abeamus. «Pudicitiam cum eriperet militi tribunus militaris in exercitu C. Marii, propinquus ejus imperatoris, interfectus ab eo est, cui vim afferebat. Facere enim probus adolescens periculose, quam perpeti turpiter maluit. Atque hunc ille summus vir scelere solutum periculo liberavit.» (Pro Mil. IV).

β) Si nota, 1) strictim narranda et veluti in unum conglobanda, ut (Pro Milone III). «Neque enim posset aut Ahala ille Servilius, aut P. Nasica, aut L. Opimius aut C. Marius aut, me consule, senatus non nefarius ha-

beri, si sceleratos cives interfici nefas esset;» vel 2) per significationem attingenda, v. gr.: «Te pugna Cannensis accusatorem sat bonum fecit.» (Pro Rosc. XXXII).

ε) Nisi forte adjuncta habent quae nostrae causae maxime conveniunt; tunc enim, etiamsi nota sint, tamen sunt explicanda. Sic P. Segneri explicat exemplum Samsonis (I, 299).

Vide quam pulchre brevitati consulat ipse Pater (I, 139), cum uno ductu integrum exemplum cum praecipuis ejus adjunctis declarat.

«Ya parece en tu compañía aquel mancebo ilustre, por nombre Espurina, quien, dotado de singular hermosura, como echase de ver que era ocasión con ella de tropiezo, con pecho y resolución varonil afeóse la cara con largas cicatrices, queriendo ser menos amado que menos casto. ¿Qué responderás tú a este ejemplo que trae San Ambrosio, tú que, profesando como profesas la ley de Jesucristo, no reparas en si escandalizas a tu prójimo con la galanura y porte del vestido, con los cabellos vanamente compuestos, con el atavío de toda tu persona? Comparecerá Anáxagoras y dirá cómo no teniendo sino un terruño heredado de sus padres, hasta de él se deshizo y desposeyó para darse más libremente al estudio de las humanas ciencias; pues ¿qué responderás tú, que te desvives por atesorar riquezas que la polilla consume, y no atiendes al negocio de tu salvación? Dirá un Torcuato que, no teniendo sobre la tierra más amor que su hijo único, e hijo cónsul, no dudó en condenarlo a muerte por haber, aunque ligeramente, quebrantado la militar ordenanza; pues ¿qué responderás tú, que cifras el cariño de tus hijos en no lastimarlos nunca, y así los dejas en sus malos siniestros? ¿Qué diré del célebre Foción? El recordará cómo siendo acusado y condenado a muerte por la envidia de sus émulos, y a pesar de sus obras excelentes, antes que bebiese la cicuta, preguntado por sus amigos que le cercaban si quería dejar a su hijo ausente alguna encomienda o recuerdo paternal: Sí, dijo: encargadle en nombre mío que olvide para siempre la injuria de su padre; que nunca le venga en pensamiento tomar de ella venganza, sino que pague a mis

amigos bien por mal. ¿Qué responderás tú, que desearías despedazar vivo a tu contrario, y, no satisfecha tu rabia con aborrecerle en tu corazón, quisieras el corazón y las manos de tus parientes, de todos tus amigos y allegados para vengarte a tu sabor, y desearías vincular en tu familia este tu aborrecimiento, y pasarlo con la sangre a toda tu posteridad?»

164. De usu locorum communium. — Ut recte locis communibus utaris, curabis ne sint argumenta levia, nec aliena a causa, nec illi nociva, nec parum enucleata.

Levia sunt quae parum habent ponderis, quibus, si nimis confidit orator, suam etiam levitatem ostendit. *Aliena* sunt illa, quae etsi fortasse speciem quamdam gravitatis et splendoris prae se ferunt, ad finem propositum parum aut nihil conducunt. *Nociva* quae vel possunt retorqueri, vel aliquid continent quod est auditoribus invisum, ideoque ipsi causae nocivum; vel quod est obnoxium gravissimis difficultatibus, quarum solutio difficilis est auditoribus. Denique argumenta optima fiunt aliquando prorsus inutilia, cum non debita cura et nitore et affectu *enucleantur*. Praestat pauciora sumere recte proposita, quam multa sine vi et sine fructu.

APPENDIX

Praecipuae de eloquutione sententiae e classicis scriptoribus decerptae

1. **Aristoteles.**—Omnium magistrorum bene dicendi parens ac πατριάρχης haberi potest Aristoteles, non quidem tempore, sed dignitate, qui rhetoricorum libros confecit tres. Tertius in eloquutione et dispositione versatur (1). Orationem esse vult: perspicuam (σαφῆ), nobilem (ξένην), ingenuam non fictam (πεφυκότως οὐ πεπλασμένως). Sententiae conspicuae memorari possunt sequentes e libro tertio depromptae:

Ἑτέρα λόγου καὶ ποιήσεως λέξις ἐστίν (1, 9).

Ὁ λόγος... ἐὰν μὴ δηλοῖ, οὐ ποιήσει τὸ ἑαυτοῦ ἔργον. (2, 1).

Δεῖ ποιεῖν ξένην τὴν διάλεκτον· θαυμασταὶ γὰρ (οἱ ἄνθρωποι) τῶν απόντων εἰσίν, ἡδὺ δὲ τὸ θαυμαστόν. (2, 3).

Δεῖ λανθάνειν ποιοῦντας καὶ μὴ δοκεῖν λέγειν πεπλασμένως ἀλλὰ πεφυκότως. τοῦτο γὰρ πιθανόν, ἐκεῖνο δὲ τοὐναντίον. (2, 5).

Τὰ Ἀλκιδάμαντος ψυχρὰ φαίνεται οὐ γὰρ ἡδύσματι χρῆται ἀλλ' ὡς ἐδέσματι τοῖς ἐπιθέτοις. (3, 3).

Ἔστιν δ' ἀρχὴ τῆς λέξεως τὸ ἑλληνίζειν. (5, 1).

Συνομοπαθεῖ ὁ ἀκούων ἀεὶ τῷ παθητικῶς λέγοντι. (7, 4).

Τὸ δὲ σχῆμα τῆς λέξεως δεῖ μήτε ἔμμετρον εἶναι μήτε ἄρρυθμον· τὸ μὲν γὰρ ἀπίθανον, πεπλάσθαι γὰρ δοκεῖ... τὸ δὲ ἄρρυθμον ἀπέραντον. (8, 1).

Ἀηδὲς καὶ ἄγνωστον τὸ ἄπειρον· περαίνεται δὲ ἀριθμῷ πάντα. (8, 2).

Ῥυθμὸν δεῖ ἔχειν τὸν λόγον, μέτρον δὲ μή. (8, 3).

Τὸ γὰρ μανθάνειν ῥαδίως ἡδὺ φύσει πᾶσιν ἐστίν. (10, 2).

Ταῦτα πρὸ ὀμμάτων ποιεῖ ὅσα ἐνεργοῦντα σημαίνει... καὶ ὡς κέχρηται πολλαχοῦ Ὅμηρος, τὸ τὰ ἄψυχα ἔμψυχα ποιεῖν διὰ τῆς μεταφορᾶς. ἐν πᾶσι δὲ τῷ ἐνέργειαν ποιεῖν εὐδοκιμεῖ οἷον ἐν τοῖσδε· « ἐν γαίῃ ἵσταντο λιλαιό-

(1) Editio Cope-Sandys. Cambridge: Deighton, Bell and Co. 1877.

μενα χροὸς ἄσαι»... κινούμενα γὰρ καὶ ζῶντα ποιεῖ πάντα, ἡ δ' ἐνέργεια κίνησις. (11, 2).

Ἐστὶ δὲ λέξις γραφικὴ ἡ ἀκριβεστάτη. (12, 2).

2. **M. Tullius Cicero** (1). — Quamquam multa nobis de rhetorica M. T. Cicero scripta reliquit, illa quidem quae «De Oratore, Orator et Brutus» inscribuntur, palmam jure meritoque ferunt. Qui libri eo verborum enitent ac sententiarum cultu; ut eorum lectione magis quam arte in ipsis tradita formam nostram dicendi expolire possimus. Quam placida ac liberali voluptate trahitur Tullius, cum eximiae eloquentiae formam animo contemplatur! Quanta lenitate adolescentes hortatur, ut ad illud genus eloquentiae cui nihil addi possit intento cursu pervenire conentur, neve desistant, etiamsi videant primum se locum obtinere non posse! Quo robore et quanta humanitate a se dissentientibus adversatur! Quam apte ab argumento diggreditur, quo facilius influat in animos reliqua doctrina! Haec omnia si attento animo perlegimus, fieri non potest quin attica dicendi forma paulatim imbuamur. En tibi sententias quasdam ex ejus libris depromptas:

«Omnis doctrina harum ingenuarum et humanarum artium uno quodam societatis vinculo continetur.» (De Or. III, 6).

«Homines leviter eruditi... tamquam ab animo corpus, sic a sententiis verba sejungunt, quorum sine interitu fieri neutrum potest.» (III, 6).

«Neque verborum ornatus inveniri potest, non partis expressisque sententiis, neque est ulla sententia illustris sine luce verborum.» (III, 6).

«Diligentissime est hoc eis qui instituunt aliquos atque erudiunt, videndum, quo sua quemque natura maxime ferre videatur.» (III, 9).

«Nullus... dicendi est modus melior, quam ut latine, ut plane, ut ornate, ut ad id quodcumque agetur, apte congruenterque dicatur.» (III, 10).

«Qui non dicit quod intelligamus, hic non potest quod admiremur dicere.» (III, 10).

---

(1) M. T. Ciceronis Opera rhetorica. Recognovit Gul. Friedrich. Lipsiae B. G. Teubner, 1891.

«In quo igitur homines exhorrescunt? quem stupefacti dicentem intuentur? in quo exclamant? quem deum, ut ita dicam, inter homines putant? Qui distincte, qui explicate, qui abundanter, qui illuminate et rebus et verbis dicunt, et in ipsa oratione quasi quemdam numerum versumque conficiunt: id est, quod dico, ornate.» (III, 14).

«Vero oratori quae sunt in hominum vita... omnia quaesita, audita, lecta, disputata, tractata, agitata esse debent.» (III, 14).

«Oratio quam maxime in sensus eorum qui audiunt influat, et quam plurimis sit rebus instructa.» (III, 24).

«Genus dicendi est eligendum, quod... non solum delectet, sed etiam sine satietate delectet.» (III, 25).

«Ea, quae leviter sensum voluptate movent, facillime fugiunt satietatem.» (III, 25).

«Omnibus in rebus voluptatibus maximis fastidium finitimum est.» (III, 25).

«Habeat illa in dicendo admiratio ac summa laus umbram aliquam et recessum, quo magis id quod erit illuminatum, exstare atque eminere videatur.» (III, 26).

«Non solum acuenda nobis atque procudenda lingua est, sed onerandum complendumque pectus maximarum rerum et plurimarum suavitate, copia, varietate.» (III, 30).

«Rerum enim copia verborum copiam gignit, et si est honestas in rebus ipsis de quibus dicitur, exsistit naturalis quidam splendor in verbis.» (III, 31).

«Si alterum sit optandum, malim equidem indisertam prudentiam, quam stultitiam loquacem.» (III, 35).

«Facilius ad ea quae visa, quam ad ea quae audita, mentis oculi feruntur.» (III, 41).

«Incredibiliter hoc natura est ipsa fabricata... ut ea quae maximam utilitatem in se continerent, plurimum eadem haberent vel dignitatis vel saepe etiam venustatis.» (III, 45).

«Actio in dicendo una dominatur.» (III, 56).

«Prima sequentem honestum est in secundis tertiisque consistere.» (Orator, 1).

«In [Phidiae] mente insidebat species pulchritudinis eximia quaedam, quam intuens in eaque defixus, ad illius similitudinem artem et manum dirigebat.» (Or. 2).

«Nec latius nec copiosius de magnis variisque rebus sine philosophia potest quisquam dicere.» (Or. 4).

«Semper oratorum eloquentiae moderatrix fuit auditorum prudentia.» (Or. 8).

«Invenire et judicare quid dicas, magna illa quidem sunt et tamquam animi instar in corpore, sed propria magis prudentiae quam eloquentiae. (Or. 14)... Illud est longe maximum, videre quonam modo.» (Or. 15).

«Is est eloquens qui et humilia subtiliter, et magna graviter, et mediocria temperate potest dicere.» (Or. 29).

«Nescire quid ante quam natus sis acciderit, id est semper esse puerum.» (Or. 34).

«Tantum abest ut enervetur oratio compositione verborum, ut aliter in ea nec impetus ullus nec vis esse possit.» (Or. 68).

3. **Horatius Flaccus.** — Horatio certe, ob ejus ad Pisones Epistolam, veterum magistrorum nemo popularior. Quae quidem, etsi poëtis potissimum scripta, innumera tamen continet praecepta, iis omnibus utilia, quibus scribendum aut publice dicendum erit; quare praecipua ante oculos habere juvabit.

«Denique sit quodvis simplex dumtaxat et unum.» (23).

«Decipimur specie recti: brevis esse laboro,
Obscurus fio; sectantem lenia nervi
Deficiunt animique; professus grandia turget.
Serpit humi tutus nimium timidusque procellae.» (25-28).

«In vitium ducit culpae fuga, si caret arte.» (31).

«Sumite materiem vestris, qui scribitis, aequam
Viribus, et versate diu quid ferre recusent,
Quid valeant humeri. Cui lecta potenter erit res
Nec facundia deseret hunc, nec lucidus ordo.» (38-41).

«Dixeris egregie, notum si callida verbum
Reddiderit junctura novum.» (47-48).

«Licuit, semperque licebit
Signatum praesente nota procudere nummum.» (58-59).

«Multa renascentur quae jam cecidere, cadentque
Quae nunc sunt in honore vocabula, si volet usus,
Quem penes arbitrium est, et jus et norma loquendi.» (70-72).

«Non fumum ex fulgore, sed ex fumo dare lucem.» (143).

«Vitavi denique culpam,
Non laudem merui.» (267-268).

«Vos exemplaria graeca
Nocturna versate manu, versate diurna.» (268-269).

«Scribendi recte sapere est et principium et fons.» (309).

«Verbaque provisam rem non invita sequentur.» (311).

«Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci
Lectorem delectando pariterque monendo.» (342-343).

«Ubi plura nitent, non ego paucis
Offendar maculis, quas aut incuria fudit,
Aut humana parum cavit natura.» (351-353).

«Tu nihil invita dices faciesve Minerva.» (385).

«Nescit vox missa reverti.» (390).

«Vir bonus et prudens versus reprehendet inertes,
Culpabit duros, incomptis allinet atrum
Transverso calamo signum, ambitiosa recidet
Ornamenta, parum claris lucem dare coget,
Arguet ambigue dictum, mutanda notabit.» (444-448).

4. **M. Fabius Quintilianus** Calagurae in Hispania natus, libros duodecim scripsit de «Institutione oratoria», ex quibus VIII, IX, X ex parte etiam I et II eloquutioni conformandae viam sternunt munitissimam. Inter omnes bene dicendi magistros, si Aristotelem ac Tullium excipias, hic censetur etiam nunc sine controversia princeps: cum propter doctrinae copiam, perspicuitatem, ordinem; tum vel maxime propter scriptoris humanitatem judiciumque. Accipe quaedam ejus documenta ex quinque his libris deprompta.

«Illud in primis testandum est, nihil praecepta atque artes valere, nisi adjuvante natura... Sunt et alia ingenita quidem adjumenta, vox, latus patiens laboris, valetudo, constantia, decor.» (I, Prooem. 4).

«Nemo reperitur qui sit studio nihil consequutus.» (I, 1, 1).

«Natura tenacissimi sumus eorum quae rudibus annis percipimus, ut sapor quo nova imbuas durat;... Et haec ipsa magis pertinaciter haerent quae deteriora sunt.» (I, 1, 2).

«Consuetudo vero certissima loquendi magistra: utendumque plane sermone, ut nummo, cui publica forma est.» (I, 4, 3).

«Facile remedium est ubertatis: sterilia nullo labore vincuntur.» (II, 4, 1).

«[Inventio et dispositio sine eloquutione] similia sunt

gladio condito atque intra vaginam suam haerenti.» (VIII, Pro. 15).

«Curam ego verborum, rerum volo esse sollicitudinem.» (Ibid, 20).

«Ista quaerendi, judicandi, comparandi anxietas, dum discimus adhibenda est, non dum dicimus.» (Ibid, 29).

«Iacet sensus in oratione in qua verba laudantur.» (Ibid, 31).

«Sit igitur cura eloquutionis quam maxima, dum sciamus tamen, nihil verborum causa esse faciendum, cum verba ipsa rerum gratia sint reperta.» (Ibid, 32).

«In animum ejus oratio, ut in oculos, etiamsi in eam non intendatur, occurrat.» (VIII, 2, 23).

«Qui libenter audiunt... plerumque ipsa delectatione capiuntur... Nam et ferrum affert oculis terroris aliquid, et fulmina ipsa non tam nos confunderent, si vis eorum tantum, non etiam ipse fulgor timeretur.» (VIII, 3, 5).

«Recte Cicero... ad Brutum... «Nam eloquentiam, quae admirationem non habet, nullam judico.» (VIII, 3, 6).

«Sed hic ornatus... virilis et fortis et sanctus sit; nec effeminatam levitatem, et fuco ementitum colorem amet, sanguine et viribus niteat.» (VIII, 3, 6). *(Vide sequentia).*

«Numquam vera species ab utilitate dividitur.» (VIII, 3, 11).

«Sciamus inornatum esse quod sit improprium.» (VIII, 3, 15).

«Vitium est ubique quod nimium est.» (VIII, 3, 42).

«Totidem autem generibus corrumpitur oratio quod ornatur.» (VIII, 3, 58).

«Magna virtus est res de quibus loquimur clare atque ut cerni videantur enunciare.» (VIII, 3, 62).

«Hujus summae virtutis... facillima est via: naturam intueamur, hanc sequamur.» (VIII, 3, 71).

«Densitas earum [sententiarum] obstat invicem.» (VIII, 5, 26).

«Summa haec est rei: cito scribendo non fit ut bene scribatur; bene scribendo, fit ut cito.» (X, 3, 2).

«Ita se res habet, curandum est ut quam optime dicamus; dicendum tamen pro facultate. Ad profectum enim, opus est studio, non indignatione.» (Ibid).

«Neque enim sine causa creditum est stilum non minus agere cum delet. Hujus autem operis est adjicere, detrahere, mutare.» (X, 4, 1).

«Nec dubium est, optimum esse emendandi genus, si scripta in aliquod tempus reponantur, ut ad ea post intervallum velut nova atque aliena redeamus, ne nobis scripta nostra tamquam recentes faetus blandiantur.» (X, 4, 1).

5. **Magistri recentiores.**—Adhuc antiquitatis solum magistros attulimus. Recentiores quosdam commemorabimus, quorum scripta fructuose a discipulis versari possunt. Sit omnium princeps *P. G. Longhaye* (1), cujus forma tam suavis est, cogitata tam fecunda, ut ad legendum et degustandum iterum iterumque lectores alliciant. Omnis ejus doctrina in eo reposita est, ut suadeat cunctas animi facultates debita proportione esse in rem propositam et in auditores intendendas. *P. J. Verest* (2) vestigiis est ingressus P. Longhaye, sed ejus doctrinam clarissimis exemplis novisque praeceptis locupletavit.

Inter magistros hispanos palmam adeptus esse videtur *Menéndez y Pelayo*, qui, tametsi praecepta ad formam dicendi pertinentia minime tradidit, cum in libro *Ideas estéticas* quaecumque de rhetorica scripsere optimi antiquitatis scriptores Graeci, latini et hispani, ad summa capita revocet et quasi ad synthesim reducat; fontem studendi uberrimum multis de causis utilissimum suppeditat.

---

(1) *Theorie des Belles-lettres. L'âme et les choses dans la parole.* Par le R. P. G. Longhaye S. J. 2.e édit. Paris, Retaux-Bray, Rue Bonaparte, 82. 1889.

(2) *Manuel de Littérature.* 3.e édit. Bruxelles. Société belge de Librairie. Rue Treurenberg, 16. 1908.

CONSPECTUS GENERALIS

A. M. D. G.

CORRIGENDA

In pag.	*versu*	*dicit*	*lege*
15	34	tener firmeza	tener firme
17	12	para chanza	por chanza
38	4	καθ' αὑτὴν	καθ' αὑτὴν
61	31	a las más veces	o las más veces
81	16	exspectatione omnium	exspectationem omnium
93	20-21	y en la batalla	y en batalla
118	-2	y desconcierto	, y el desconcierto
122	9	veréis	veréisle
123	21	set	sed
132	15	junte	junten
133	28	en lugar	en el lugar
137	-2	more hominem	more hominum
142	31	acontecimiento	conocimiento
158	24	aut contrarios	aut contrarios sensus
203	15	vivis	viris

Date Due

[illegible]	F. [illegible]		
5/5/41	F. Reinhold		
7/7/49	F. Reinhold		
2/25/50	"	"	"